RESPONSUM PRO VERITATE ILLUSTRISSIMORUM DOMINORUM BARTHOLOMAEI...

Bartolomeo Raffaelli

Digitized by Google

139

RESPONSUM
PRO VERITATE
ILLUSTRISSIMORUM DOMINORUM
BARTHOLOMAEI RAFFAELLI
SCRIPTORIS
UBALDI MAGGI
ET
PETRI BERTI
AUDITORUM

313.8

LOCUMTENENTIS
ET CONSILIARIORUM
REGIAE CELSITUDINIS
IN MAGISTRATU SUPREMO FLORENTIAE

IN

FLORENTINA SEU PRAGEN.
PRIMOGENITURAE DE PICCOLOMINIS.

FLORENTIAE MDCCLXXXVI.

Ex Typographia olim ALBIZZINIANA ſub Signo Solis.

Præſidibus adprobantibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. NUllo Prætore adito, nulliſque ſuſceptis diſputationibus, ingens hæreditas raro obtinetur, ac fere numquam. Spes enim locupletationis ita erigit animos, acuitque ingenia, ut qui defunctorum inhient fortunis, facile inveniantur. Hinc non una, nec levis in Supremo Pragenſi Conſilio ardeſcit contentio de ſucceſſione in perinſigni Nackodtii Allodio, quod una cum aſſe univerſo extremis in tabulis Primogenituræ obſtrinxit vinculo Octavius Piccolomineus de Aragonia, Amalphitanus Dux, ac Sacri Romani Imperii gloria militari & civili præclariſſimus Princeps.

II. In ipſo juventutis flore e vivis nuper erepto Joſepho Barile Celani Comite, & Vallis Regalis Principe, nullus amplius ſuperfuit Maſculus de gente Piccolominea de Aragonia, primumque omnino exaruit agnatitium genus a Principe Octavio ad Nackodtianam, & Primogenialem ſucceſſionem priori in ſede vocatum. Suo itaque tota hæreditas Octavii Principis poſſeſſore vacavit, atque adhuc vacat, ut deferatur novi cognatitii generis Primogenito, cui Teſtator, defectis Maſculis Piccolomineis, tam in ſua, quam in alia ab ſe remotiſſima, & ferme extranea familia Celani Comitum, jure individuæ ſubſtitutionis deferri voluit. Novo in hoc genere potiorem in vocatione ſe profert uti ſoror ultimi poſſeſſoris Anna Maria Piccolominea Duci Mon-

Digitized by Google

tis = Leonis nupta, etiamſi a Principe Octavio quam longiſſime diſtet; eam tamen jam bis rejecerunt Pragenſes Judices, immiſſo in poſſeſſionem Nackodtii Comite Joſepho Alberto Desfourſio, qui ſe exhibuit uti Principi Octavio magis propinquum; eſt enim filius Laudomillæ Maximilianæ Piccolomineæ teſtatoris abneptis.

III. Nunc vero tertius, ut vincat vincentem & victam, ad Judicium accedit Marchio Nicolaus Guadagnius Florentinus Patricius tamquam deſcendens a Fœmina initium lineæ cognatitiæ conſtituente, & alia qualibet proximiore gravanti; deſcendit enim ab ipſius pronepte Octavia Benigna Piccolominea, quæ bene erat cognita Principi Octavio, utpote tempore conditi Teſtamenti jam orta, & quæ juribus vocationis ex Teſtamento elicitis, alia & quidem tutiora jura cumulavit; quippe ejus frater Princeps Laurentius Piccolomineus coram Cæſare, & plena Cæſaris auctoritate eam ſolemniter adoptavit & nominavit, ut, ipſo abſque maſculis obeunte, vel areſcente ſua linea Maſculina, eidem Octaviæ Benignæ uxori Marchionis Petri Antonii Guadagni avi Marchionis Nicolai viventis, nec non illius deſcendentibus natu majoribus in infinitum jus eſſet ad Nackodtii dominium cum prælatione aſſequendum.

IV. Trino hoc inſtituto certamine, cujus nam erit victoriæ palma, in ancipiti manet, pendetque a futuro tribunalis oraculo. Nos autem, qui jus dicimus in ſubſelliis Locumtenentis, & Conſiliariorum *Regiæ Celſitudinis Magni noſtri Ducis Etruriæ* in Clariſſimo Senatu, & Magiſtratu Supremo Florentiæ, de optimo jure Marchionis Nicolai Guadagni dubitare non poſſumus, ideoque pro certo habemus, quod uni ſoli Marchioni Guadagnio Nackodtii poſſeſſio & proprietas addicenda ſit, excluſo Comite Desfourſio, excluſaque Duciſſa Montis = Leonis. Porro in hac ſumus ſententia, in qua quidem etiam in judicando noſter Senatus hæreret, ſi quæſtio ad eum delata eſſet, & quam Nos rogati abſque fuco aperimus, *Petro Leopoldo Domino*

No-

Digitized by Google

Noſtro annuente, ut undique lux veritatis magis refulgeat, & juxta Marchionis Guadagni vota adimpleantur.

V. Duo demonſtrentur oportet, ut quod poſuimus, comprobemus = Quod ſcilicet Marchio Guadagnius ad Fidei„ commiſſum Piccolomineum, de quo agitur, vocationis „ jure potiatur = Quodque ipſius ſubſtitutionis advenerit dies. De utroque enim conſtito, nemo equidem vereri poterit, ne quicquid Fideicommiſſo ſubiicitur, & præſertim Nackodtii dominium eidem Marchioni a rectis Judicibus non tribuatur. Nam nihil eſt in Foro exploratius, quam quod ſucceſſionis compendia is conſequi debeat, qui ad eam ſe probat vocatum, & conditionem ſub qua vocatus eſt, extitiſſe, juxta notiſſimum *Textum in Leg. Final. Cod. de Edict. Divi Hadrian. tollend.*

VI. Princeps Octavius Piccolomineus cum prole omnino careret, opulentiſſimum, quo fruebatur, patrimonium, titulo inſtitutionis contulit in Æneam Sylvium ſuum ex Comite Franciſco pronepotem, ut, Legibus Primogenituræ ſervatis, prius excurreret in totam lineam Maſculinam ejuſdem Franciſci, & deinde, illa defecta, ad lineam Maſculinam Joannis de Piccolominis ex Celani Comitibus progrederetur. Præcogitans denique caſum poſt ſæcula forte eventurum, quod utraque extingueretur linea Maſculina, mentem convertit in genus Fœmineum & cognatitium; Hoc tamen non univerſum, non indiſtinctum ad Primogenituram admiſit. Selegit Fœminam, ſeu Fœminas ſibi magis propinquas, ut novus exurgeret ſtipes extremam vocatorum ſeriem daturus. En ipſamet Teſtatoris verba = *E finiti tutti i Maſchi legittimi, e naturali, voglio che l' eredità paſſi alla Femmina, o Femmine più proſſime, e più congiunte di ſangue per linea legittima e naturale Paterna* =.

VII. Jam vero contigit caſus a Principe Octavio præcogitatus; per obitum enim Joſephi Barile ex Celani Comitibus, & Principibus Vallis Regalis, ultimique Nackodtii poſſeſſoris, omnis intercidit gens Maſculina de Piccolominis Aragoniæ a gemino ſtipite, nimirum a Franciſco & Joanne

pro-

Digitized by Google

procedens. Hinc igitur Marchioni Guadagnio aditus patuit ad Primogenituram Piccolomineam, præcipueque ad ditionem Nackodtii conſequendam. Nam, interitis Maſculis Piccolomineis antea vocatis, poſtrema ſubſequitur ſubſtitutio, quæ licet in cortice ſonet *Fœminam ſeu Fœminas proximiores*, implicite tamen ſicut complectitur lineam Fœmininam ab indicatis ſtipitibus, *a Fœmina* ſcilicet, aut *a Fœminis* propinquioribus deſcendentem, ita & continet Marchionem Guadagnium uti nepotem Octaviæ Benignæ Piccolomineæ majori erga Octavium propinquitate pollentis. Quod quidem adeo certum eſt, ut jam hoc idem crediderint ipſimet Pragenſes Judices, cum Comitem Joſephum Desfourſium Laudomillæ filium intra genus a Principe Octavio vocatum non ſemel cenſuerint; nam ei ſucceſſionem non decreviſſent, niſi ſubſtitutionem loquentem de Fœmina ſeu de Fœminis proximioribus, ad cognatitiam quoque porrigi lineam exiſtimaſſent.

VIII. Et re quidem vera in noſtra ſpecie, non niſi in ſomniis, ambigi poſse videtur de vocatione ad deſcendentes a *Fœmina ſeu Fœminis* magis conjunctis extenſa. Profecto Teſtator noſter ſucceſsoriis juribus Fœmineum ſexum non honoravit, ea appoſita conditione, ſi ipſemet ſobolem non ſuſceperit, ſi primus hæres Æneas Sylvius, ſi Princeps Laurentius ſine filiis Maſculis obierint, aut ſi alius ſimilis acciderit caſus cito venturus. Immo, Fœminæ ſive Fœminis proximioribus hæreditatem tum quæri præcepit, cum penitus penituſque periiſſet linea Maſculina non ſolum Franciſci, ſed etiam Joannis de Piccolominis, quæ in ævum protendi poterat, quæque re ipſa floruit longo annorum ſpatio, nempe annis centum vigintiſeptem a Piccolomineis Tabulis exaratis. Nemo ergo non videt Fœmineam ſubſtitutionem, quam Princeps Octavius in ultimum diſtulit finem duplicis lineæ Maſculinæ de Piccolominis, remotiſſima tempora proſpexiſſe, caſuſque atque eventus niſi poſt maximam longinquitatem probabiliter non extituros.

IX.

Digitized by Google

IX. Hinc rectæ interpretationis imperat ratio, ut judicemus, hujuſmodi ſubſtitutionem in ſolo ſexu, in ſolis Fœminis unius tantum gradus non ſiſti, ſed quoque in lineam Fœmininam decurrere, tranſitu quaſi facto de genere ad genus. Id ſane exigit veriſimilis, rationabilis, atque intima diſponentis intentio, qua præſumendum eſt, eum non aliter deſignaſſe Fœminas, quam cauſa inchoandæ novæ lineæ, & novæ alterius generis vocationis, ita ut intelligatur, quod Fœminæ hæreditatem capere debeant, ſi die, quo fertur ſucceſſio præter communiter accidentia, ſuperſint; ſin minus, hæreditas ad earum deſcendentes pertineat. Secus enim fatue fingeretur, quod Teſtator Fœminas ſubſtituerit, ut nihil fere diſponeret, utque inani & fallaci expectatione ſubſtitutos eluderet. Dum hæc Nos ſcribimus, Sententiam ſequimur, quam Lege & ratione fulcitam primus omnium docuit *Marcus Antonius Peregrinus*, & cui poſtea non ſolum uno ore Pragmatici, ſed clarioris etiam nominis Tribunalia adhæſerunt. (1)

X.

---

(1) *Laudatus Peregrinus Conſil.* 39. *tom.* 6., *Carol. Ant. de Luca de Linea legal. lib.* 2. *articul.* 58. *num.* 1., *& ſeq.*, *& num.* 641. „ibi „ „ Maxime quia FOEMINÆ leguntur vocatæ IN TEMPUS REMOTISSIMUM „ poſt deficientiam omnium Maſculorum; Quapropter cenſetur prius „ vocata TOTA LINEA MASCULINA, ET POSTEA TOTA LINEA FOEMININA „ *& Rot. Roman. cor. Bich. deciſ.* 307. *num.* 8., *& ſeqq.*, *& cor. Emerix Sen. deciſ.* 78. *num.* 9., *&* 10. *repetit. in Recent. deciſ.* 211. *num.* 10., *&* 11. *part.* 14., *& cor. Molin. tom.* 2. *deciſ.* 590. *num.* 3. *& ſeqq.*, *& tom.* 4. *deciſ.* 992. *num.* 22., *&* 23., *& ſign. num.* 46. *repet. apud Piton. Controv. Patron. Alleg.* 100. *num.* 641., *in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Immiſſionis* 18. *Febr.* 1724. §. *Porro coram Cerio, in Bovinen. Juriſpatronatus* 15. *Maii* 1741. §. 6. *coram Canilliac.* „ ibi „ Quamvis enim invitatis Fœminis fundatores litte„ raliter progreſſi non fuerint ad ſubſtitutionem earum deſcendentium, „ & regulariter appellatione Fœminarum non veniant Maſculi, attamen cum FOEMINÆ vocatæ fuerint IN REMOTISSIMUM TEMPUS extinctionis om„ nium Maſculorum, ita ut fundatores cogitare potuerint exiſtentiam „ ſolum deſcendentium ex Fœminis eſſe poſſibilem de tempore puri„ ficatæ

Digitized by Google

X. Satis hoc eſſet ad ſtatuendam in genere pro Marchione Nicolao Guadagnio vocationis ſedem, ut, ſingulis peremptis Maſculis Piccolomineis, a petitione Nackodtii non repellatur. At aliud inſuper urget, quod eam ſatius confirmat. Urget profecto qualitas, quæ ſucceſſioni inhæret, nempe *qualitas Primogenialis*, quam indidit Princeps Octavius in ultimam quoque Fœminæ ſeu Fœminarum ſubſtitutionem, ut mox luculente oſtendemus. Si detur enim Teſtatoris animus Primogenituræ etiam in Fœminis reſtaurandæ, ordine & lege non immutata, quam antea terque quaterque expreſſit in duplici linea maſculina Franciſci & Joannis de Piccolominis, incongruum certe eſt, immo

---

„ ficatæ illarum vocationis, exinde porro SECUNDUM PRÆSUMPTAM DISPONENTIUM VOLUNTATEM concludendum erat FOEMINAS FUISSE conſideratas tamquam PRINCIPIUM LINEÆ, a quo deſcendere debebant COGNATI IN SUBSIDIUM ADMITTENDI poſt defectos omnes agnatos &c. „ *In Tudertina Succeſſionis 2. Junii* 1760. §. 9. *cor. Eodem, & in Firmana Immiſſionis 27. Januarii 1766. cor. Olivatio Decan* § 4. „ ibi „ Ait enim Teſtator *& ſi defecerit linea Maſculina, ſuccedant Fœminæ ex dicta ſtirpe oriundæ* PROXIMIORES „ contulit itaque vocationem Fœminarum IN TEMPUS REMOTISSIMUM profligatæ omnino caducæque factæ lineæ maſculinæ, poſtque conſumptos, ſi adfuiſſent, gradus Nepotum, Pronepotum, & ſequentium Maſculorum in infinitum. Quapropter VOCATIO FOEMINARUM *rejecta ad ſeram ætatem, & in futurum, incertumque eventum*, quo tota, quanta eſt linea Maſculina defeciſſet, non IPSAS MODO FOEMINAS in die ſucceſſionis ſuperſtites comprehendit, ſed EARUM ETIAM DESCENDENTES. Quia viſus eſt Teſtator, prius dari locum voluiſſe lineæ Maſculinæ, poſteaque FOEMININÆ tranſiens quodammodo a genere Maſculorum ad GENUS FOEMINARUM nec ſingulariter reſpiciens ad ſexum, ſed AD SPECIEM ſubſtitutorum COGNATITIAM „ *in Civitatis Caſtelli Immiſſionis* 3. *Februarii ejuſdem anni* §. 6. *cor. Cornelio, & in Præneſtina Immiſſionis quo ad Bona Petri Ciucci* 4. *Decembris* 1778. §. *Minuſque cor. Soderino, & Rot. etiam noſtra Florentina in Galeaten. Succeſſionis, & Fideicommiſſi* 14. *Julii* 1729. §. *Quia ex formula cor. Neroni Relatore, in Sanctæ Floræ Juriſpatronatus* 19. *Februarii* 1761. §. *Et eſſendo cor. Brogiani, & in Biturgien. Fideicommiſſi* 27. *Septembris* 1774. §. *E ſucceſſivamente cor. eodem.*

Digitized by Google

immo omnino impoſſibile, quod collectiva Fœminarum mentio a Principe Octavio uſurpata in Fœminis primi dumtaxat gradus coerceatur, ulteriori ad earum filios & cæteros deſcendentes intercepto progreſſu. Nam conſtitutæ Primogenituræ indoles & natura expoſcit, ut ea plures per gradus de Primogenito in Primogenitum porrigatur, nec umquam patitur, ut ſuo ipſo deſinat in exordio ac per unicum & momentaneum reſtitutionis actum expiret in primo expoſite ſubſtituto (1). Aliquem enim Te-

(1) *Menoch. conſil.* 1023. *num.* 7., *Surd. conſil.* 494. *ſub num.* 1., *Burg. de Paz. conſil.* 44. *num.* 11., *Caſtill. Controver. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1., & 16., & *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17., & *cap.* 4. *num.* 13., *Rot. Roman. poſt Torr. de Primogenit. Ital. deciſ.* 2. *num.* 38. *tom.* 3., & *cor. Arguell. deciſ.* 16. *num.* 1., & *deciſ.* 28. *num.* 40., & *in Rec. deciſ.* 407. *num.* 2. *part.* 9., & *deciſ.* 284. *num.* 1., & 2. *part.* 18., *cor. Molines deciſ.* 837. *num.* 2. & *ſeq.* „ibi „ „ Cum PRIMOGENITURA ſit nomen juris complexivum plurium graduum, „ & perſonarum, propterea niſi per neceſſe haberet PROGRESSUM AD ULTERIORES DESCENDENTES reſultaret quædam implicantia in terminis, „ quod ex placito Teſtatoris dicta Primogenitura eſſet radicata ob deficientiam Maſculorum in Fœminis, quodque illa foret defectura IN „ UNICO EARUMDEM FOEMINARUM PRIMO GRADU. Unde paſſim Doctores „ optime concludunt, quod conſtituta Primogenitura, cenſeatur fuiſſe „ volita a conſtituente omnia neceſſaria ad illius perpetuitatem, & illa „ NON EXPIRAT IN PRIMO VOCATIS, SED CONTINUATUR IN SECUNDIS, ET „ ULTRA GENITIS, JUXTA SUAM ESSENTIAM ET NATURAM. Jus enim Primogenituræ non dicitur perſonale, ſed reale, proindeque in UNIUS „ PERSONA FINEM NON FACIT „ *Et in Tuden. Parochialis* 11. *Januarii* 1760. §. 3. *cor. Herreros* „ ibi „ Non alius igitur anno 1741. habere potuit jus præſentandi, quam qui eo tempore Majoratum hunc „ legitime retinebat. Nec enim placuit quod Michael Raubeta proponebat, Majoratum *in primo* poſt Thereſiam ſucceſſore *expiraviſſe*, „ in Franciſco ſcilicet ejuſdem Thereſiæ per Petrum Fratrem nepote, proindeque inutiliter quæri, quis poſt Franciſcum in Majoratu „ ſucceſſerit. Id enim nimis repugnat voluntati Teſtatoris nam SOLA „ MAJORATUS AUT PRIMOGENITURÆ CONSTITUTIO, temporis ſucceſſioniſque DIUTURNITATEM AC PERPETUITATEM omnino ſignificat. Quis „ namque Majoratum aut PRIMOGENITURAM PRO UNO TANTUM GRADU „ PRÆSCRIBAT?

Digitized by Google

ſtatores expreſſe ſubſtituunt, non quia contrahant diſpoſitionem Primogenialem ſuomet ingenio progreſſuram, ſed quia aliter ſine ulla determinati ſtipitis demonſtratione, non ignoretur, cujuſnam deſcendentiæ & originis eſſe debeant Primogeniti in poſterum ſucceſſuri. (1)

XI. Conſequentia probata, probandum eſt antecedens, quod propoſuimus; probanda nimirum qualitas *Primogenialis* quoad Fœminam ſeu Fœminas proximiores a Principe Octavio exoptata. Hanc autem tanta argumentorum vi demonſtrabimus, ut nihil ſupra, ni egregie nos fallit ipſa apertiſſima Teſtatoris voluntas. Enim vero Teſtator poſtquam hæredem ex aſſe ſcripſerat Æneam Sylvium pronepotem, & nepotis Franciſci natu majorem, enixe voluit, ut, eo vita functo, univerſa hæreditas devolveretur ad ejus filium Primogenitum, & deinceps a Primogenito in Primogenitum in infinitum, donec vigeret linea maſculina Franciſci, ordine & modo Primogeniali ſingillatim adjecto. Nec diverſa, nec alia, ſed una eademque mens fuit Principi Octavio in ſubſequente ſubſtitutione ad alteram lineam Maſculinam Piccolomineam Joannis Comitis Celani immediate directa; etenim æque in illa ſollicitus fuit de ſimillima lege & ratione non æquivoce repetenda. Et quamquam de Primogenitura Teſtator tacuerit, prout

(1) *Rot. Roman. cor. Molin. deciſ.* 992. *num.* 45., *aliiſque relatis in Romana, ſeu Forolivien. Fideicommiſſi* 6. *Junii* 1720. *cor. Foſcaro, & in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Immiſſionis* 18. *Februarii* 1724 §. *Hæc autem cor. Corio* „ ibi „ Hæc autem facilius amplectenda viſa „ ſunt ob conjecturatam mentem diſponentis, quæ ſi tantæ reputatur „ efficaciæ, ut ea attenta deſcendentium comprehenſio erui poſſit ex „ ſola vocatione Fœminarum, quarum expreſſio interpretatur facta DEMONSTRATIVE ad indicandum ſcilicet CAPUT LINEÆ FOEMININÆ ſuperſtitis in caſu deficientiæ Maſculorum, non autem TAXATIVE AD EXCLUDENDOS DESCENDENTES EX EADEM LINEA, & tunc Maſculinum comprehenditur ſub Fœminino, ſi non ex vi verbi, ſaltem ex vi identitatis rationis „ *cum aliis cumulatis in Appendic.* 2. *ad deciſ.* 92. §. 3., *& ſeqq., apud de Comit. Deciſ. Select. Rot. Florentinæ de Fideicommiſſ.*

Digitized by Google

prout negari non poteſt, reſpectu Fœminæ ſeu Fœminarum, quas poſtremo invitavit, non ideo tamen Primogenituram neglexiſſe arbitramur. Et maxima quidem juris ratione, ſilentium ipſum quodammodo loqui videtur. Qui de re tacet, de qua numquam loquutus eſt, is certe nihil diſponit; ubi autem de eo nullum poſterius excidit verbum, quod jam præcedens expoſuit oratio, tunc vere tacentis animus non immutatur, immo expreſſum ita ſupplet omiſſum, ut nihil a dicta differat non dicta voluntas, quaſi hæc tacite in illa cenſeatur ineſſe.

XII. Si ergo Princeps Octavius tam anxie in votis habuit individuæ ſucceſſionis normam & qualitatem; ſi neminem umquam unum, præter Primogenitum, vocatione donavit in univerſa, quæ late patebat, & duplici linea Maſculina Franciſci & Joannis de Piccolominis; ſi demum pro Maſculis tum Primogeniti vocibus, tum Primogenialibus regulis tota reſonat diſpoſitio; ecquiſnam erit tam ferreus ac tam peregrinus in jure, qui non fateatur, hæc omnia eſſe in noviſſima Fœminarum ſubſtitutione tacito quodam Teſtatoris placito repetenda? Porro hujuſmodi repetitio qualitatis & legis Primogenialis nullam in noſtra Juriſprudentia dubitationem habet, etſi de diverſis agatur perſonis, ac de diverſis diſpoſitionis locis, quia bene una pars Teſtamenti aliam declarat, quia recte a prioribus ad poſteriora datur illatio, & quia præſumendum non eſt, Teſtatorem inſtantanea quadam correptione, paucisque interjectis verbis, mox noluiſſe, quod modo impenſe voluerat. (1)

(1) *Leg. qui Filiabus*, & *Leg. Si Servus* §. *fin. ff. de Legat. primo*, *Leg. Non ad ea, cum ibi per Doctores notatis ff. de Condit.*, & *demonſtrat.*, *Valenzuel. conſil.* 69. *num.* 14., *Manſ. conſult.* 197. *num.* 44., *Peregrin. de Fideicom. artic.* 23. *num.* 3. *in fin.*, *Caren. reſolut.* 237. *num.* 3. & IN SPECIE INDIVIDUA SUBSTITUTIONIS PROXIMIORIS, SEU PROXIMIORUM non ſemel deciſit *Rot. Roman. in Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis* 27. *Aprilis* 1708. *cor. Caſſarello* §. *Nec*

„ ibi „

XIII. Quid plura? Ne ſceptici quidem hæſitent. Res clarior fiat, quo ad fieri poteſt, alio Teſtamenti contextu. Princeps

„ ibi „ Nec ambigendum videbatur, quod Teſtator etiam in poſtrema ſubſtitutione PROXIMIORUM veræ ac regularis Primogenituræ leges ſervandas exoptaverit, quamvis nullam de ea mentionem habuerit. Perſpecto ſiquidem, ut par eſt, toto Teſtamenti contextu, neceſſario fatendum eſt, quod ſicuti transeundo a Linea Agnatorum, ad Lineas Cognatas, voluit quod bona pervenirent ad *Primogenitum* filiorum dictæ Judithæ, & poſt illius mortem ad *Primogenitum* talis filii, & ſucceſſive, *eumdemque ordinem* ſæpius explicavit in *ſubſequentibus ſubſtitutionibus*; ita etiam in NOVISSIMA, de qua nunc agitur, cum IISDEM REGULIS PROCEDENDUM ESSE INTELLEXERIT, ex quo regulariter una pars Teſtamenti alteram declarat, & ORDO PRÆSCRIPTUS IN PRIMIS SUBSTITUTIONIBUS, IN ULTERIORIBUS QUOQUE REPETITUS CENSETUR, etiam ſi factæ fuerint de diverſis perſonis & in ſeparata oratione „ ; *Et in Confirmatoria diei* 12. *Aprilis* 1709. §. *Quod cor. Eodem* „ ibi „ Quod attinet ad primum, parum ſane concludere videbatur; nam aliud eſt, quod Teſtator in poſtrema ſubſtitutione Primogenituram expreſſe non indicaverit, quodque verbum PROXIMIOR regulariter importet relationem ad gradum; aliud vero quod proximitas inducat contrarietatem ac repugnantiam ad Lineam, quodque Ordo Primogenialis litteraliter non expreſſus in una ſubſtitutione, elici nequeat ex conjecturis ac præſumptionibus; ſi enim Teſtator poſt extinctas Lineas Maſculinas tam Agnatas quam Cognatas, litteris rotundis vocaſſet *Primogenitum*, opus utique non fuiſſet ſuffragia noſtri Tribunalis exquirere, quia res eſſet extra quæſtionem. Quatenus autem ſuper dubia ſubſtitutione ſumi debeat interpretatio, ea profecto ſumenda eſt ex ſubſtitutionibus præcedentibus, juxta firmata noſtri Juris principia &c. Cumque Teſtator IN SUBSTITUTIONIBUS ordinatis favore deſcendentium cognatorum QUALITATEM PRIMOGENIALEM enixe exoptaverit juxta ſeriem diſpoſitionis fuſe relatæ in principio deciſionis, quæ revidetur, EJUSDEM PROFECTO QUALITATIS SOLLICITUM FUISSE IN NOVISSIMA QUOQUE SUBSTITUTIONE PRÆSUMENDUM EST, niſi contrarium concludenter probetur &c. „ *& in poſtrema pariter Confirmatoria diei* 17. *Januarii* 1710. §. *Præſumptioni cor. Aldovrando* „ ibi „ Præſumptioni famulatur quoque Teſtatoris voluntas, quam apertiſſime oſtendunt pleræque ſubſtitutiones antecedenter ordinatæ, ſiquidem quando ipſe ab agnatis veris

„ tran-

Digitized by Google

ceps Octavius in Teſtamento etiam diſpoſuit de Amalphitano Ducatu, quem merito adeptus fuerat a munificentia *Philippi IV.* Hiſpaniarum Regis ob inſignes ejus militares virtutes, & egregia facinora in bello patrata, prout referunt *Caſar Ferdinandus III.* in ſuo diplomate dato die 8. Octobris 1650., & nunc typis edito, ac *Cardinal s de Luca de Feudis diſcurſ. 18. in princip.* Ducatum igitur titulo legati reliquit fratri ſuo Aſcanio Piccolomineo Senenſi Archiepiſcopo, ut eo, donec viveret, gauderet, quacumque interdicta alienatione. Mortuo autem Aſcanio, eum voluit reverſurum ad ſuum hæredem univerſalem, nempe non minus ad primum hæredem, quam ad alium quemcumque ſucceſſive vocatum *ex Leg. Hæredis ff. de Verb. & rer. ſignificat.* Dixit enim = *A Monſignore Aſcanio Piccolomini di Aragona Arciveſcovo di Siena mio fratello laſcio il mio Ducato di Amalfi per goderſelo durante ſolamente la vita ſua, con obbligo di non lo poter vendere ne alienare, ne in tutto, ne in parte; E finita la ſua vita voglio, che il detto Ducato ſia, e s' intenda devoluto al mio erede univerſale* = Quæ nam autem ſuccedendi ad Ducatum Amalphitanum ad hæredem reverſum lex erat ſervanda? Lex certe Primogenialis. Nam cum Feudis Regni Neapolis Amalphitani Ducatus dignitas accenſeatur, ut nobis eſt teſtis *Cardinalis de Luca dicto diſcurſ. 18. de Feudis per totum*, ideo dividuum ſucceſſionis ordinem reſpuit quo ad exercitium, & quoad ſubſtantiam, attento Francorum jure,

„ tranſitum fecit ad filios, qui deſcenderent a ſuis filiabus, & a Laurentia ſorore, hos omnes unum poſt alium invitavit *ordine regularis Primogenituræ*; vocando jugiter PRIMOGENITUM tam in primo ingreſſu, quam in progreſſu de PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM. Si igitur pro interpretanda voluntate Teſtatoris non bene expreſſa tutiſſimum eſt argumentum deductum a cœteris Teſtamenti partibus, quarum una aliam declarat; Nullum porro dubium remanet, quin IDEM ORDO tam conſtanter *in præcedentibus ſubſtitutionibus expreſſus* VALIDISSIMA PRÆSUMPTIONE ETIAM IN HAC NOVISSIMA CENSENDUS SIT REPETITUS &c. „

Digitized by Google

re, quo (contrario Longobardico jure abrogato) illo in Regno communiter vivitur (1).

XIV. Neceſſitate igitur, non conjectura concludimus, Piccolomineam hæreditatem individua ſuccedendi forma, jure, & regulis Primogenituræ, abſque ullo ſubſtitutionum diſcrimine deferendam eſſe. Sicuti enim Amalphiæ Feudum poſt obitum Archiepiſcopi Aſcanii hæreditati acceſſurum non alii umquam, quam Primogenito adſcribi poterat juxta Feudales Sanctiones in Regno Parthenopæo vigentes, quibus Teſtator ſe conformaſſe præſumitur, cum aliam non dederit legem, ita ad ſentiendum compellimur, quod una atque eadem ſucceſſionis ratio in reliqua etiam hæreditate diſponenti placuerit. Et quidem prohibent, ne contra ſentiamus, abſolutiſſima juris præcepta; quippe hæc non ſinunt, diverſum de parte, ac de toto hæreditatis judicium ferri, nec unam eamdemque diſpoſitionem, non una eademque cenſura determinari ex apertiſſimis *Text. in Leg. Juris Gentium* §. *Adeo ff. de pact.*, *in Leg. Quæ de tota ff. de rei vindicat.*, *in Leg. Jam hoc jur. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.*, *& in Leg. Quamvis Cod. de Impuber. & aliis ſubſtitut.* (2)

XV.

---

(1) *Larrat. Theatr. Feudal. part. 9. dilucidat. 4. num. 1., & ſeqq., aliiſque relatis. Modernus Ferrarius Neapolitanus de Feud. part. 1. cap. 5. num. 7. & ſeqq.*

(2) Et valde ad rem noſtram *Menoch. conſil.* 158. *lib.* 2. *num.* 43., *& ſeqq.*, *& ſign. num.* 53. *verſ.* „Et verba *pluralis Numeri*, quæ ſubjiciuntur, nempe illa *Hæredes & Succeſſores* intelliguntur de pluribus „ Hæredibus & Succeſſoribus, non quidem ejuſdem temporis, ſed „ *ſucceſſive*, nam cum appellatione hæredis veniat non modo primus, „ & ſecundus, ſed tertius, ac alii deinceps pro tempore ſuccedentes, „ *Leg. Hæredis appellat. de verbor. ſignific.*, cum ſimilibus dicendum „ eſt pluralem numerum eo modo verificari. Quod autem plures hi „ hæredes ob ordinem ſucceſſivum potius, quam ob concurſum ſub „ hac pluralitate comprehendantur, vel ex eo apparet, quia jam diximus & juvat repetere, hanc Feudi ſucceſſionem ſui natura ad unum

„ tan-

Digitized by Google

XV. Hæc de repetenda Primogenitura hactenus dicta, non inficiamur offendere forſan poſſe in locutionis pluralitate, qua Fœminea ſubſtitutio concepta videtur, & quæ conſtat his verbis = *alla Femmina o Femmine più proſſime, e più congiunte di ſangue* =. Ea tamen, quæ diximus non inde corruunt nec debilitantur, quia pluralis hic ſermo in ſubjecta ſpecie & materia non ſufficit, ut inter Fœminas dividuæ & ſimultaneæ ſucceſſioni ſit locus. Formula enim ſubſtitutionis incipit a ſingularitate = *Alla Femmina* =, ideoque hæc prima, hæc potior in animo & dilectione diſponentis præſumitur. Quod quidem conſonat, non adverſatur Primogenituræ. Inſuper quæ in plurali ſubduntur de Fœminis = *O Femmine più proſſime, e più congiunte* = ita accipi debent, ut ordinem Primogenialem non deſtruant, ſed continuent. Aliis enim non datis indiciis unitati obſiſtentibus, in ſingularitatem pluralitas eſt reſolvenda. Plures nimirum potentia vel habitu ad bona Primogenialia, & non ſimultanee, ſed per *ordinem ſucceſſivum*, ſive de uno in alium intelliguntur vocati; *Unus* autem pro tempore Primogenitus *actuali* perfruitur *vocatione* & ſucceſſione. Et hoc ſane juris modo ſtat bene ſimul, nec pugnat numerus cum unitate, aut cum ſingularitate pluralitas, ut receptiſſima Doctorum & Tribunalium docet opinio. (1)

XVI.

„ tantum pertinere. Et propterea illa pluralitas reſolvitur in ſingularitatem hoc modo, quod ſcilicet unus poſt alterum ordinatim Jure Primogenituræ ſuccedat. Eſt enim vera Juris & Doctorum Sententia pluralitatem tunc in ſingularitatem reſolvi, quando exſtat ratio, ut ita reſolvatur; hic conſtat ex jam dictis extare hanc rationem, nempe quia IN FEUDO DIGNITATIS ET JURISDICTIONIS UNUS TANTUM DEBET SUCCEDERE „ *Rocc. Epiſcop. Diſput. Jur. ſelect. cap.* 29. *num.* 16.

(1) *Peregrin. conſil.* 34. *num.* 18. *lib.* 3., *Menoch. conſil.* 158. *tom.* 2. *num.* 43. *in fin.*, *&* *num.* 54. *verſ. Et propterea. De Luc. de Fideicom. diſcurſ.* 52. *num.* 7. *&* *ſeqq.*, *Rot. Roman. cor. Merlin. deciſ.* 851. *num.* 5. *&* *in Recen. deciſ.* 284. *num.* 4. *part.* 18., *coram* Mo-

Digitized by Google

XVI. Tantoque magis hæc credimus retinenda, quia individuæ ſucceſſioni adhærentes, juris etiam obſequimur præſumptioni. Hominibus præſertim conſpicua nobilitate præditis, qua quidem & Princeps Octavius quam maxime claruit, præcipua eſt quædam in natu majores dilectio & ſumma quædam cupiditas conſervandi in poſteris opes, memoriam, & nomen. Idcirco bonorum unio, idcirco Primogenialis ſucceſſio apud eos eſt gratior, & optabilior quam

---

Molin. deciſ. 837. *num.* 6., *& ſeqq.*, uti in caſu ſubſtitutionis *Filiarum* poſt lineas maſculinas per hæc verba conceptæ „ *In tal caſo la detta Primogenitura vada alle Figlie femmine* „ ita firmavit „ Cum idem Teſtator ordinaverit, ac enixe voluerit dictam Primogenituram ſubſiſtere ſuper certis bonis in perpetuum favore deſcendentiæ maſculinæ Joannis Petri primo invitati, & Joannis Philippi, utique deficientibus ex poſt ad eamdem Primogenituram vocatæ FOEMINÆ IN NUMERO PLURALI, & ſub nomenclatura collectiva, ex hoc non aliud inferri poteſt, quam ſenſus demonſtrativus ejuſdem Teſtatoris, qui profeſſus fuit oſtendere ſuam voluntatem, quod nempe omnes haberent HABITUALEM CAPACITATEM ſuccedendi in dicta Primogenitura ORDINE SUCCEDANEO, NON AUTEM SIMULTANEO, cum impoſſibile ſit uno eodemque tempore adeſſe duas Primogenitas; & quemadmodum numerus ſingularis operatur, ut duo vel plures eodem contextu nequeant admitti, & non excludit, quo minus ſucceſſive unum poſt alium admittatur, ita etiam NUMERUS PLURALIS aliquando juxta ſubjectam materiam reſolvi debet IN SUAS SINGULARITATES, & nihil intereſt, an NUMERO SINGULARI VEL PLURALI fiat vocatio AD PRIMOGENITURAM volitam a Teſtatore, ut „ *declaratis contrarium ſentientibus*, *aliiſque confutatis* individualiter „ proſequitur *Rota*.

Et in Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 27. *Aprilis* 1708. §. *Et ſane cor. Caſſarellio*, in qua res erat de ſubſtitutione ſic ſe habente „ *Voluit illius bona & hæreditatem pervenire*, *& devenire* AD PROXIMIOREM SEU PROXIMIORES *dicti domini Teſtatoris* „ ibi „ Neque vis „ fieri poterat IN PLURALI LOQUUTIONE „ SEU PROXIMIORES „ quia in „ ſubſtitutionibus habentibus tractum ſucceſſivum PLURALITAS RESOLVITUR IN SINGULARITATEM, & admittit interpretationem *diſtributivam* „ DE UNO IN ALIUM PROXIMIOREM, ita ut ad UNUM pro tempore pertineat hæreditas, AD COETEROS AUTEM ORDINE SUCCESSIVO „ *& in aliis Confirmatoriis diei* 12. *Aprilis* 1709. §. *Cumque*, *& ſeq. cor. eodem*, *& diei* 17. *Januarii* 1710. §. *Abſolutum & ſeq. cor. Aldovrando*.

Digitized by Google

quam ſimplex dividuum Fideicommiſſum eſt ſemper habenda. Idcirco Primogenituræ ipſa favet diſpoſitionis dubietas; idcirco demum non evidentia, non demonſtrationibus opus eſt, ut ea conſtituta dicatur, ſed vel levioribus argumentis, adminiculis, & conjecturis minoris ponderis facillime comprobatur. (1)

XVII. Re huc perducta, abſolutum eſt penſum de vocatione in genere Marchionis Nicolai Guadagni, cum ea in propatulo eluceat ſive per Fœminæ ſeu Fœminarum ſubſtitutionem in remotiſſimum tempus relatam, ſive per tacitam Ordinis Primogenialis repetitionem. Unica nunc ſupereſt diſquiſitio vocationis in ſpecie ejuſdem Marchionis. Nempe inquirendum eſt, an omnibus Maſculis Piccolomineis jam lapſis, caſuque proinde advento poſtremæ ſubſtitutionis eum complectentis, ipſe ſit præferendus, ut poſtulat, tum Duciſſæ Montis=Leonis, tum Comiti Joſepho Desfourſio in Piccolominea Primogenitura, præcipueque in allodiali Nackodtji dominio, de quo potiſſimum diſceptatur. Nos, quod Marchionis Guadagnii jura prævaleant, inhæſitanter prædiximus. At, quantum recte quidem & conſultiſſime, videamus. Initium ſit a Duciſſa Montis=Leonis. Paucis quoad eam nos expedire poſſemus, quia Desfourſio contradicente, ejus actio in Pragenſi Conſilio non una tantum ponderatione in lance Juſtitiæ librata, inventa eſt minus habens. Quod cum Desfourſio profuerit, nihil profecto impedit, quominus profuturum ſit & Marchioni Guadagnio, qui adverſus Duciſſam Montis=Leonis excluſorio utitur jure cum Desfourſio communi, licet alio ſeorſum utatur jure, ut & ipſum Desfourſium excludat. Sed rei facie relicta ad rem penitus accedamus.

(1) *Menoch. conſil.* 23. *num.* 7., *Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 384. *num.* 2., *Molin. de Primog. lib.* 1. *cap.* 5. *in princ.*, *Torr. de Primog. tom.* 1. *cap.* 10. §. 1. *num.* 6., *de Valent. de ultim. volunt. tom.* 2. *vot.* 12. *num.* 41. *& ſeqq.*, *& num.* 64. *& ſeqq.*, ubi alii plures, *& Rot. Luc. apud eumdem Torr. tom.* 3. *deciſ.* 14. *num.* 12., *Rot. Roman. in rec. deciſ.* 1. *num.* 96. *part.* 19., *& cor. Molin. deciſ.* 837. *num.* 4.

Digitized by Google

XVIII. Caret Duciſſa Montis = Leonis ullo quolibet vocationis primordio, quia de ea non loquitur ſubſtitutio pro Fœmina ſeu Fœminis proximioribus a Principe Octavio conſcripta, ideoque ab judicio per exceptionem, cui reſiſti non poteſt, eliminatur [1]. Illa quidem Piccolomineo decoratur cognomine, & Marchionem Guadagnium *proximitate* antecellit erga ſuum fratrem Joſephum Barile Celani Comitem, ultimumque Nackodtii poſseſsorem. Hæc autem proximitas nihili pendenda eſt, cum eam contempſerit Princeps Octavius in Fœminarum ſubſtitutione; quippe habuit in pretio proximitatem ab ſemetipſo, non ab hærede gravato metiendam, qua certe Marchio Guadagnius Duciſsam ſuperat; ſe enim oſtendit nepotem Octaviæ Benignæ Piccolomineæ Proneptis Principis Octavii, quem vix ex oppoſito attingi Duciſsa Montis = Leonis obliterato cognationis vinculo ab remotiſſimo ſtipite derivato, nempe a Sylvio Seniore Piccolomineo *Summi Pontificis Pii II.* Patre, a quo non minus, quam biſſenis gradibus ipſa diſtat. Quapropter de non jure Duciſsæ dubitare non licet, ſpreta ejus inutili quo ad ultimum poſseſsorem proximitate. Quamquam enim hæc regulariter attendi ſoleat in deferendis Fideicommiſſis & Primogenituris, ne aliter ab ſucceſſorio recedatur edicto, quod in dubio de more ſervatur in hæreditatibus etiam teſtatis, ea tamen toties ſileat neceſse eſt, quoties alia Lex loquitur a Teſtatoribus data de ſubſtituti proximitate erga gravantem ſervanda.

XIX. Talis vero Lex Piccolomineo Teſtamento non deeſt. Et primo quidem eruitur ex ipſo genere ſubſtituto. Hoc porro tam diverſum apparet ab alio præcedenter vocato, quam

---

(1) *Subſtitutio de te non loquitur:* eſt tritum adagium *Joannis Andreæ in addit. ad ſpeculat. tit. de Teſtament.* §. 1. *verſ. occurrit*, *de quo poſt Text. in Leg. Si ita quis ff. de vulgar.*, & *pupillar.*, *Peregrin. de Fideicommiſ. artic.* 11. *num.* 37., & *Rot. Roman. cor. Falconer. de Primogenitur. deciſ.* 8. *num.* 2., & *deciſ.* 9. *num.* 1., & *paſſim alibi*.

Digitized by Google

quam ſunt diverſæ a maribus Fœminæ, ab agnatione cognatio. Subſtituit enim Princeps Octavius, ut ſæpe innuimus, Fœminam ſeu Fœminas proximiores poſt duplicem Maſculorum lineam exoletam. Poſita autem generis inter utramque ſubſtitutionem diverſitate, novus exoritur ſucceſſionis ordo, primæva redit ſuccedendi cauſa, & pro Fœminei generis determinando ſtipite retrogrado, quodam modo res iterum incidit in primam Teſtatoris affectionem, quæ, genere Maſculino ſublato, eo reverti videtur, unde diſceſsit, ad proximitatem videlicet ab ipſo Teſtatore petendam, & uſque ab initio in primo Maſculorum ſtipite contemplatam. Quare tutiſsima apud Forenſes & Judices invaluit ſententia in regulam jam evecta, quod cum ſubſtitutio ab uno tranſit ad aliud diverſum novumque genus, tum jure non dubio ad ſucceſsionem veniat, qui Teſtatori, non qui hæredi gravato magis proxime accedit. (1)

XX. Quæ quidem Sententia illis etiam in caſibus obtinet, in quibus novum genus conflatur a Fœminis vel a cognatis poſt Agnatorum vel Maſculorum genus ſubſtitutis. Nam in hujuſmodi quoque genere, etſi ſubſtantialiter & propter quamdam naturæ rationem non omnino diverſo a genere Agnatitio & Maſculino, a quo procreatur, quærendus eſt ſemper & indiſtincte ſucceſſurus proximior non inter propinquiores hæredi gravato, ſed in-

(1) Sic tenent poſt *Gloſſam in Leg. Cum ita* §. *In Fideicommiſſo ff. de Legat.* 2., *Altograd. controverſ.* 73. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 2., *de Luc. de Fideicommiſſ. diſcurſ.* 17. *num.* 14., *Torr. de Majorat. part.* 1. *cap.* 12. §. 2. *in princip.*, *& num.* 15., *Fredian. de Fideicommiſs. diſſert.* 27. *num.* 22., *& Rot. Roman. coram Merlin. deciſ.* 520. *num.* 11., *& ſeqq.*, *& in Recen. deciſ.* 526. *num.* 5. *part.* 19. *tom.* 2., *& in Ariminen. Fideicommiſſi* 16. *Junii* 1719. §. *Et aliter cor. Gamaches*, *& in Confirmatoria* 22. *Aprilis* 1720. *cor. Corio*, *& in Ferrarien. Fideicommiſſi de Signa* 23. *Februarii* 1720. §. 8. *cor. Marymon.*, *& in Confirmatoria* 7. *Junii ejuſdem anni* §. 8.

Digitized by Google

ter propinquiores gravanti, qui generum diverſitatem diverſa prorſus & ſeparata contemplatione diſcrevit. (1)

XXI.

---

(1) Optime *Buccaferr. Reſponſ.* 41. *per tot.*, *Altograd. conſil.* 67. *num.* 21., *& ſeq. lib.* 1., *de Roſ. conſult.* 69. *num.* 69. 153., *& ſeq.*, *Manſ. conſult.* 56. *per tot. tom.* 9., *de Luc. de Fideicommiſſ. diſcurſ.* 120. *num.* 4., *Fredian. de Fideicommiſſ. diſſert.* 37. *num.* 24., *&* 25. „ ibi „ Limitatur tertio, quando juxta diſtinctionem relatam, in „ eadem linea ſubſtantiæ immutaretur linea qualitatis, & Fideicommiſ- „ ſum tranſiret de linea Maſculina ad lineam Fœmininam a Teſtatore „ ab initio diſtinctas, quo caſu extincta linea Maſculina in ingreſſu Fœ- „ minarum repetenda eſſet proximitas Teſtatoris & primorum hæredum „ gravatorum, caſu quo plures a principio fuiſſent inſtituti, & ſucceſ- „ ſio regulanda JUXTA ILLAM PROXIMITATEM, SECUNDUM quam ſuccede- „ rent EIDEM TESTATORI, vel primis hæredibus gravatis, NON VERO SE- „ CUNDUM PROXIMITATEM ULTIMI MASCULI DEFUNCTI: extinctis enim „ omnibus Maſculis, licet ſuperſit aliqua Fœmina in linea ubi deficit „ ultimus Maſculus, hæc cum ſit deſtituta qualitate Maſculina habetur „ PRO NEGLECTA, & veluti ac ſi non eſſet „ *De Comit. addit. ad deciſ.* 53. *num.* 24 „ ibi „ Procedit inſuper limitatio in eo etiam caſu, „ in quo fieri debeat ſimpliciter tranſitus a genere Maſculorum ad genus „ Fœminarum. Quotieſcumque enim per Maſculorum defectum ſucceſſio „ devolvi debet AD FOEMINAM PROXIMIOREM, FOEMINA HÆC PROXIMIOR „ quærenda non eſt inter PROXIMIORES GRAVATI, SED INTER PROXIMIO- „ RES GRAVANTI. „

Et Rot. Roman. cor. Rezzonic. deciſ. 166. *num.* 32., *& deciſ.* 203. *num.* 23., *in Balneoregien. Fideicommiſſi* 13. *Junii* 1712. *cor. Aldovrando*, *&* 5. *Februarii* 1714. §. *Porro talis cor. Scotto*, *& in Ferrarien. Fideicommiſſi de Signa* 23. *Februarii* 1720. §. *Quin ad impediendam coram Marimon.* „ ibi „ Prædictam namque regulam, quod „ in ſubſtitutionibus Fideicommiſſariis regulandis ad inſtar ſucceſſionis „ inteſtatæ, attendatur proximitas gravati, & non gravantis, *inappli-* „ *cabilem* crediderunt *Domini* præſenti hypotheſi, in qua ob defectos „ Maſculos, FIT TRANSITUS DE LINEA AD LINEAM, ET AB UNO AD A- „ LIUD GENUS PERSONARUM, nempe a Maſculis ad Fœminas. In his quip- „ pe terminis non attenditur PROXIMITAS GRAVATI, SED IPSIUS TESTA- „ TORIS GRAVANTIS tamquam primi principii, prout ad limitationem „ præfatæ regulæ conſtans fuit opinio ſacri Tribunalis „ *& in Ferrarien. Immiſſionis quoad bona Comitis Sigiſmundi de Gregoriis* 9. *Aprilis* 1753. §. 6. *& ſeq. cor. Elephantutio.*

Digitized by Google

XXI. Atque hac procul dubio, & non alia Sententia, judicanda eſt præſens quæſtio, qua nos exercemur. Fœmina ſeu Fœminæ propinquiores a Principe Octavio non prius ſubſtitutæ leguntur, quam ceſsatis Maſculis lineæ Maſculinæ Franciſci & Joannis de Piccolominis. Extante itaque Maſculorum genere, Fœmineum & Cognatitium genus nullam nec actu, nec habitu ſibi aſſerere poterat vocationis ſedem. Nuncupatio enim Maſculorum lineæ Maſculinæ ita arcet Fœminas etiam agnatas, ſimulque omnes ab eis deſcendentes, ut nullum umquam ſit tempus, nullus umquam ſit caſus, in quo ullum pro tali genere vocationis primordium concipi queat, niſi germana & regularis lineæ maſculinæ ſignificatio, quæ continua conſtat virili ſerie, quæque omnimodam Fœminarum mixturam abhorret, turpiſſime & non legaliter corrumpatur (1). Diverſitas ergo intercedens non ſolum in qualitate perſonarum, ſed quoque in ſubſtantia generis & vocationis inter antecedentem ſubſtitutionem duplicis lineæ Maſculinæ Piccolomineæ, & ſubſequentem ſubſtitutionem Fœminæ ſeu Fœminarum proximiorum, ad evidentiam patet. Nam diſpoſitio ex integro includens Fœminas nuſquam incluſas, & novum genus apertiſsime importat, & ſubſtantialiter differt ab illa diſpoſitione, quæ Fœminas omnino propellit. In tanta igitur generis novitate & differentia, nihil certe eſt, cur juxta prædictam Sententiam in ſubjecta ſpecie proximitas potius erga gravantem, quam erga gravatum æſtimari non debeat. (2)

XXII.

(1) *Leg. Pronunciatio §. Mulier in fin. ff. de verbor. ſignificat.*, *Fredian. de Fideicom. differt.* 36. *num.* 13., *cæterique relat. per Falconer. tit. de Dote deciſ.* 20. *num.* 7., *& in Reatina Fideicommiſſi de Alemannis* 14. *Junii* 1751. *§.* 5. *cor. Matthæjo.*

(2) Egregie *Rot. Roman. in Romana ſeu Tyburtina Fideicommiſſi* 21. *Junii* 1715. *§. Quis cor. Cerro, & in Romana Fideicommiſſi* 4. *Julii* 1759. *§.* 6. *cor. Ubaldo* „ ibi „ Nec plauſum meruit reſponſio, quod

„ res

Digitized by Google

XXII. Ii nos non ſumus, quos lateat nonnullorum Doctorum aſſertio, qua traditum eſt, diſpoſitionem a Maſculis tranſeuntem ad Fœminas ab eis naſcituras, non generis ſubſtantiam, ſed meram tantum perſonarum & ſexus qualitatem mutare, eamque propterea regulandam eſſe ad inſtar Edicti ſucceſſorii, ſpectata nimirum gravato proximitate. Attamen ne nos quidem latet, quo hujuſmodi aſſertio perduci poſſit. Ea ſane convenit diſpoſitionibus, quæ indiſtincte & collective ab initio invitant unicam lineam, unicumque cœtum æque Maſculos ac Fœminas continentem, veluti Deſcendentiam, Domum, Familiam, Progeniem, & ſimilia, & deinde ordinem ſucceſſionis in progreſſu præſcribunt, ac prius Maſculos, poſterius Fœminas vo-

---

„ res eſſet non jam de tranſitu bonorum de una *ad aliam ſubſtantiæ* „ *Lineam*, quo in caſu ſucceſſionis norma metienda eſſet a *Gravante*, „ ſed de illorum ingreſſu a Linea *qualitatis* ad aliam pariter *qualitatis* Lineam, quibus in terminis habenda ſit ratio de Gravato, ex „ quo dici debeat Fideicommiſſum intra *unam*, *eamdemque Lineam* „ perſeverare. Quandoquidem *objectio* iſta, quæ procedere potuiſſet in „ *ſubſidiariæ admiſſione Perſonarum procedentium* AB EISDEM HÆREDIBUS „ INSTITUTIS, nempe ſi deferenda fuiſſet ſucceſſio *ad Fœminas*, earumque deſcendentes tamquam Maſculorum *reliquias*, in quibus terminis „ loquuntur *Auctoritates* in oppoſitum *allegatæ*; Profecto enim adverterunt Domini haud convenire poſſe præſenti quæſtioni, in qua agitur de ſucceſſione purificata poſt *totalem extinctionem lineæ*, & *deſcendentiæ* filiorum Maſculorum Teſtatoris favore deſcendentium ab „ Emilia ipſiuſmet Teſtatoris filia, quam prius a ſua hæreditate excluſam, tunc primum in eam ſubſtitutam voluit cum tota ſua deſcendentia. IN HOC quippe CASU innegabilis redditur DIVERSITAS LINEÆ, „ & quidem non QUALITATIS tantum, ſed etiam SUBSTANTIÆ, quæ ſemper efformata dicitur quoties SIT TRANSITUS AD PERSONAS, QUÆ NEC „ ACTU, NEC IMPOTENTIA COMPREHENSÆ FUERANT IN ANTECEDENTI VOCATIONE &c. „ *& in Confirmatoria* 24. *Novembris* 1760. §. 4., *&* §. 7. *cor. Azpuru* „ ibi „ Quamobrem illico emicat DIVERSITAS Lineæ „ nedum QUALITATIS tantum, ſed præterea SUBSTANTIÆ, quæ dubio „ procul verificatur, quoties ſucceſſio ad eas devolvitur perſonas, quas „ NEC ACTU, NEC POTENTIA ANTECEDENS DISPONENTIS VOCATIO COMPLEXA „ FUIT. „

Digitized by Google

vocant. His quippe quadrant, quæ de immutata tantummodo generis qualitate, & non ſubſtantia, vel dicta alias fuerunt, vel dici fortaſſe poſsent, quia Fœminæ ſub communi & collectiva vocatione in habitu ſaltem comprehenſæ, & ſolum Maſculis in ordine actualis ſucceſſionis poſtpoſitæ ad Maſculorum ſubſtantiam quodammodo pertinent, & tamquam eorum reliquiæ conſiderantur. Sed hæc quid ad nos? Aliter ſe res habet in Teſtamento Piccolomineo, ubi in principio abſolute vocantur lineæ Maſculinæ, quæ omnem omnino ſpem adimunt Fœminis, ubi ipſæ Fœminæ in poſteriori, diſtincta, & ſeparata ſubſtitutione ponuntur, ubi per conſequens Fœminæ informant genus non modo novum, ſed & a primo in qualitate & ſubſtantia diverſum. Hoc enim in caſu, alioque quovis conſimili, aliis opus eſt juribus, & nemo umquam valet majori erga Gravatum proximitate juvari ut contrariis explicatis, & ad concordiam redactis optime ſtatuit Romanæ præſertim Curiæ Magiſtralis traditio. (1)

XXIII.

---

(1) Sic conſtanter ſtatuit *Rot. Roman. deciſ.* 209. *num.* 17. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, *& in Recen. part.* 13. *deciſ.* 469. *num.* 8., *& ſeq.*, *& cor. Rezzonico deciſ.* 166. *num.* 23., *&* 34. „ ibi „ Quod „ indiſtincte procedit, etiam ſi res ſit inter perſonas in *ſubſtantia* non „ diverſas, ſed ejuſdem *Deſcendentiæ*. Quidquid enim ſit, ubi non con„ currit *ſegregatio linearum*, ſed ſolius ſexus, & tranſitus verſatur „ circa immutationem ipſius ſexus a Teſtatore conſiderati PRO UNICA „ ET DIVERSA LINEA SUBSTANTIÆ, certe ubi, prout in caſu, Teſtator „ præciſe in eadem linea ſubſtantiæ, ut ſupra, DIVISIT ET SEPARAVIT „ LINEAS QUALITATIS MASCULINAM ET FOEMININAM, tranſitus AD DIVER„ SAM LINEAM QUALITATIS ob defectam lineam Maſculinam ſemper ur„ get ad effectum attendendi PROXIMITATEM GRAVANTIS, NON GRAVATI, „ ac probant mox relatæ *auctoritates;* Tunc enim ex NOVA AC DISTIN„ CTA PERSONARUM CONTEMPLATIONE, OMNINO DIVERSA AC DISTINCTA DI„ CITUR SUCCESSIO „ *& cor. eodem deciſ.* 203. *num* 23., *& ſeq.*, *& in Balneoregien. Fideicommiſſi* 5. *Februarii* 1714 §. *Porro & ſeqq. cor. Scotto*, *& in Ferrarien. Fideicommiſſi de Signa* 23. *Februarii* 1720. §. *Recurrente cor. Marymon.* „ ibi „ Recurrente præſertim indubitato

„ illo

Digitized by Google

XXIII. Nec ſolum Ducifsa Montis = Leonis ad ſucceſſionem Piccolomineam perperam nititur, quia ſubſtitutio, in qua ſe fundat de novo genere loquens, de ea loqui non poteſt, quæ longius, quam Marchio Guadagnius a Teſtatore recedit; ſed etiam, & fortius, quia ipſum Maſculorum genus in prioribus Teſtamenti locis vocatum, non unam eamdemque ſubſtantiæ lineam conſtituit. Eo enim magis ab ultima Fœminarum ſubſtitutione ableganda eſt vel levis quælibet de prima ſubſtantiæ linea cogitatio, quo majus contigit in ipſa prima linea ſubſtantiale diſcrimen. Nam variata lineæ ſubſtantia in primo Maſculorum genere, nulla quidem eſt ratio, quæ ſuadere poſſit, ullum vel minimum ejuſdem ſubſtantiæ in Fœminis ſupereſse veſtigium (1). Et profecto Princeps Octavius non unica verborum formula

„ illo principio, quod Teſtator ab initio conſideravit *duas Lineas diſtinctas* „ alteram *Maſculorum* ex Maſculis, & alteram *Fœminarum*, illaſque „ tamquam DIVERSAS SEGREGAVIT, & voluit ut prima Maſculorum deficiente, altera Fœminarum ſuccederet. Quibus ſtantibus ſucceſſio non „ dicitur amplius perſeverare in LINEA MASCULORUM SOLIS FOEMINIS IN „ EADEM LINEA SUPERSTITIBUS, nam deficientibus Maſculis, linea Maſculorum habetur pro omnino evacuata, quamvis in ea adſint Fœminæ, quæ tamquam deſtitutæ qualitate Maſculinitatis cenſeri debent „ per Teſtatorem NEGLECTÆ PERINDE AC SI IN ORDINE AD EAMDEM LINEAM „ NON ADESSENT IN RERUM NATURA „ *in Firmana Immiſſionis* 19. *Junii* 1728. §. *Siquidem cor. Criſpolto; & in Ferrarien. Immiſſionis quoad bona Comitis Sigiſmundi de Gregoriis* 9. *Aprilis* 1753. §. 8. *coram Elephantutio* „ ibi „ Quod autem Teſtator ſubſtituendo ultimo loco, „ *le Figlie de' ſuoi Signori Figliuoli* eas vocaverit non uti Maſculorum RELIQUIAS, SED UTI NOVUM GENUS NOVAMQUE LINEAM CONSTITUENTES, aperte deſumitur non modo ex quo eas ad ſucceſſionem „ non aliter invitavit, quam in caſu „ *che foſſe totalmente eſtinta la Deſcendenza e Linea de' chiamati* „ quæ plane totalis lineæ Maſculorum extinctio EXCLUDIT ILLIUS CONTINUATIONEM IN DICTIS FILIABUS „ TAMQUAM EJUSDEM LINEÆ RELIQUIIS. „

(1) In terminis *de Luca de Linea Legal. artic.* 11. *num.* 23. *verſ. Scio, & Rot. Roman. cor. Herrer. deciſ.* 217. *num.* 10., *& coram Creſcent. deciſ.*

151

mula in complexu vocavit unicam lineam Maſculinam, quam effectivam, vel contentivam proximam appellamus, quæque ab uno eodemque fonte promanat. Conſuluit primo lineæ Maſculinæ Comitis Franciſci nepotis, eaque finita, in ſeparata & diverſa oratione ulterius reſpexit alteram remotiſſimam contentivam lineam Maſculinam Joannis Comitis Celani. Hæc autem tantum ab alia Franciſci in ſubſtantia diſcordat, quantum inter ſe diſcrepant utriuſque lineæ Maſculinæ ſtipites in familiam Piccolomineam a *Pontifice Pio II.* per adoptionem olim adlecti, nimirum Bartholomæus Pierius lineæ Teſtatoris caput, ac Joannes Todeſchinius, a quo altera linea Piccolominea Comitum Celani originem duxit.

XXIV. Cæterum ſubſtantiali etiam generis variatione ſepoſita, actio Duciſſæ Montis=Leonis ejuſque major reſpectu hæredis gravati proximitas invictis aliis rationum momentis conteritur. In ſubſtitutione Fœminarum Teſtator adhi-

D buit

deciſ. 138.. *& in Romana, ſeu Forolivien. Fideicommiſſi de Maraldis ſuper reſervatis* 26. *Junii* 1726. §. *Reſponſum*, & 31. *Januarii* 1727. §. *Neque cor. Criſpolto*, *& in citata Ferrarien. Immiſſionis quoad bona Comitis Sigiſmundi de Gregoriis* 9. *Aprilis* 1753. §. *Quod autem cor. Elephantutio*, *& in Romana Primogeniture Alexandri Coccini* 11. *Junii* 1779. §. *Propterea coram Mannelli* „ ibi „ Propterea „ cum quæritur utrum litigantes pertineant ad genus, ſeu lineam prius „ vocatam, non tantum inſpicitur, a quo ipſi deſcendant, ſed illud maxime eſt inſpiciendum an vocati fuerint, tamquam *perſonæ conſtitutæ in* UNA EODEMQUE LINEA, AB UNO EODEMQUE STIPITE PROPAGATA. „ Nam ſi conſiderati fuerint tamquam perſonæ DE PLURIBUS LINEIS INTER SE DIVERSIS, tunc eſſe omnes dicuntur DE DIVERSA LINEA utcumque ab unica ſubſtantiæ linea deſcendere videantur. Unde cum novi Maſculi cognati, qui poſt primam ſubſtitutionem ſuccedere debeant, conſiderati eſſent non veluti DESCENDENTES A PRIORI STIPITE VOCATORUM, & NEC ETIAM A PRIORI LINEA ADMISSA, ſed tamquam deſcendentes a quacumque Fœmina, quæ mediate vel immediate deſcenderet ex aliquo Maſculo familiæ de Coccini, non erat idcirco „ dubitandum, quin totidem LINEAS SUBSTANTIALITER DIVERSAS efformarent ac conſtituerent. „

Digitized by Google

buit directum *Hæreditatis* nomen, nullamque uſurpavit obliquæ reſtitutionis vocem, quæ ad ultimum Maſculum referri poſsit. Ait enim = *Voglio, che l' Eredità paſſi alla Femmina o Femmine più proſſime ec.* =. Non temere inde datur inferre, quod illi ſit Primogenitura adſcribenda, qui magis Teſtatori appropinquat, cum ei melius, quam poſſeſſori gravato, cujus in hæreditate non ſunt bona per Fideicommiſsum reſtituenda, & cujus hæres ſubſtitutus non dicitur, Hæreditatis nomen & jura accomodentur (1). Maxime quia diſponens ad lineæ Fœmininæ ſubſtitutionem progreſsus vocavit in genere Fœminam ſeu Fœminas proximiores, & poſuit in conditione indefinite & generaliter omnes & ſingulos Maſculos utriuſque lineæ Franciſci, & Joannis de Piccolominis, quæ non ſecus ultimum poſſeſsorem, ac deſcendentes ab antehabito ſtipite ſibi magis conjuncto complectebatur. Quo quidem fit, ut ſubſtitutio referatur ad eam Fœminarum lineam, quæ ab ipſo Teſtatore, vel a primo originis, aut vocationis ſtipite proficiſcitur, ordine prioris ſubſtitutionis reſumpto, ne aliter generica Fœminarum vocatio poſt Maſculorum lineas indefinite & generaliter in parte conditionali conſideratas, ad Fœminas tantum ultimi poſseſsoris, ejuſque unicæ lineæ reſtringatur (2).

XXV.

(1) In propoſito notant *Decian. reſp.* 21. *num.* 2. *lib.* 3., *Cephal. conſ.* 333. *num.* 7. *Dec. conſ.* 470. *num.* 12., *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 10. *artic.* 1. *num.* 17. *Gratian. diſcept. For. cap.* 493. *num.* 20., *Fredian. de Fideicom. diſſert.* 26. *num.* 1., *&* *Rot. Roman. cor. Seraph. deciſ.* 553. *num.* 6.

(2) *Rot. Roman. in Recen. deciſ.* 135. *num.* 14., *&* 16. *part.* 8., *& deciſ.* 232. *num.* 25. *part.* 19. *tom.* 1., *& in Romana Fideicommiſſi* 11. *Januarii* 1706. §. *Alterum cor. Muto* „ ibi „ Alterum argu„ mentum quod reſultat eſt, quod cum dicta conditionalis comprehen„ dat hæredes Maſculos Fideicommiſſarios & Lineam Maſculinam in „ tota ſua latitudine, ſubſtitutio prolis Fœmininæ generaliter & indi„ ſtincte facta non intelligitur de *prole Fæminina ultimo loco defuncti*, „ ſed

Digitized by Google

XXV. Plane autem rem omnem conficit quam maxima abſurditas, qua oppoſita interpretatio fædaret prudentiſſimi Viri diſpoſitionem. Fingamus (ſi tamen in tanta rei claritate fingere licet) in ingreſsu lineæ Fœmininæ attendendam eſse proximitatem erga ultimum Maſculum poſseſsorem.. Ecquiſnam, quod inde ſequitur, non intelligit? Sequitur, quod Fœminæ ex linea tranſverſali remota Joannis de Piccolominis, quam Princeps Octavius lineæ contentivæ proximæ prius vocatæ poſtpoſuit, præferrentur Fœminis, earumque poſteris ortis ex linea fraterna Teſtatori magis conjuncta, & præ alia Joannis vocata atque dilecta, & ſignanter præferrentur lineæ Octaviæ Benignæ Piccolomineæ Teſtatoris proneptis, jam natæ tempore Teſtamenti, & Teſtatori apprime cognitæ. Hoc autem quid magis repugnat veriſimili diſponentis animo, quid irrationabilius, quid abſurdius excogitari poteſt? Res ipſa loqui-

 tur

„ ſed de prole Fœminina proveniente ex quocumque de linea Maſculina,
„ & ſic etiam ab Æmilio & Tarquinio primis hæredibus inſtitutis „ *& in Reatina Fideicommiſſi* 13. *Januarii* 1727. §. *Quibus cor. Gamaches*, *& in Ariminen. Fideicommiſſi Caroli Sen. de Marcheſellis* 27. *Junii* 1738. §. *Maxime cor. Creſcentio*, *in Peruſina Fideicommiſſi* 14. *Junii* 1748., *&* 24. *Martii* 1749. *utrobique* §. 5. *cor. Migazzi*, *&* 21. *Junii* 1751. §. 7. *cor. de Vais*, *& in dicta Ferrarien. Immiſſionis quoad bona Comitis Sigiſmundi de Gregoriis* 9. *Aprilis* 1753. §. 10. *cor. Elephantutio* „ ibi „ Et revera, ſi in deferenda ſucceſſione favo-
„ re filiorum primorum hæredum ſpectanda foret proximitas, ac præ-
„ rogativa lineæ ultimi poſſeſſoris juxta regulas Juris, penitus everte-
„ retur ordo ſuccedendi a Fideicommittente præſcriptus, deficientibus
„ namque lineis Maſculorum, voluit ille ſucceſſionem deferri, non qui-
„ dem ad unam, ſed ad omnes indiſtincte filias procedentes a ſuis fi-
„ liis primis hæredibus inſtitutis &c. Quatenus autem tribueretur ſuc-
„ ceſſio ſecundum proximitatem ac prærogativam lineæ ultimi poſſeſ-
„ ſoris, non omnes profecto filiæ primorum hæredum, ſed filiæ tan-
„ tum Comitis Nicolai admitti poſſent, quod eſſet abſurdum contra
„ apertam voluntatem diſponentis, ad quod propterea evitandum ſuc-
„ ceſſio dictarum filiarum non a proximitate ac prærogativa lineæ ul-
„ timi gravati, ſed a proximitate gravantis regulanda venit. „

Digitized by Google

tur ore ſuo, nobiſque vetat, ne tantis vitiis Piccolomineum maculemus elogium. Scitiſſimum enim eſt, eum ab ultimis voluntatibus avertendum eſse intellectum, qui, ut proximitas Teſtatoris deſpiciatur, meliorem Fœminis remotioribus, quam propinquioribus, præſertim cognitis, conditionem præbet, & ita fraudat naturalem & potentiſſimam in omnibus, ſanguinis & bene ordinatæ charitatis rationem, a qua cæteroquin Teſtantes numquam cenſentur alieni. (1)

XXVI. Poſt hæc, quæ exuberanter evincunt proximitatem erga gravatum inutilem eſse, jam omnis omnino ſpes, qua ſibi blandiri poterat Ducisſa Montis=Leonis, in auras abeat neceſse eſt. Multo autem inutilior eadem proximitas apparebit, ſi duo inſuper animadvertantur. Primum eſt, eam in præſens adduci ab ſorore, & non a filia, vel ab alio ultimi poſſeſsoris deſcendente. Sorori enim, cæteriſque hæredis gravati collateralibus inepte applicantur regulæ, quæ in abſtracto circumferuntur de proximitate reſpectu gravati intuenda, quia omnis in Tranſverſalibus ceſſat ratio pro deſcendentibus militans, ratio nimirum non avellendi bona ab ea linea, in quam ſemel ingreſſa ſunt, vel ratio lineæ poſſeſsoris continuandæ, cum ſoror aptius in linea ſui patris, quam fratris extare dicatur

tur

(1) *Barbat. de Fideicom. part. 2. cap. 4. num. 20. in fin.*, *Card. de Luc. de Fideicommiſ. diſc. 231. num. 13. verſ In altero*, & *num. 22.*, & *Rot. Roman. in Romana Fideicommiſſi 11. Januarii 1706. §. Quinimmo cor. Muto* „ ibi „ Quinimmo cum non agatur de fœminis collatera-
„ libus, quarum parentes non fuerint vocati, ſed iſti primitus ad ſuc-
„ ceſſionem invitati & prædilecti fuerint, validior militat ratio & conjectu-
„ rata voluntas Teſtatoris ſubſtituendi Fœminas a dictis primis Maſcu-
„ lis hæredibus inſtitutis deſcendentes, in quibus concurrit MOTIVUM
„ MAJORIS PRÆDILECTIONIS „ & §. *Maxime* „ ibi „ Maxime quando,
„ non ſolum non ſupereſt perſona prædilecta, ſed immo FOEMINÆ PRI-
„ MORUM MASCULORUM PRÆSUMI DEBENT PRÆDILECTÆ ULTERIORIBUS FOE-
„ MINIS TAMQUAM REMOTIORIBUS. „

Digitized by Google

tur (1). Alterum eſt, quod Princeps Octavius vocaverit Fœminam ſeu Fœminas ratione ſanguinis, & per lineam paternam magis conjunctas, nullo expreſso ſive ad propriam, ſive ad poſseſſoris perſonam, reſpectu habito Imperſonalibus ſcilicet hiſce adhibitis verbis = *Paſſi l' Eredita alla Femmina o Femmine più proſſime e* PIÙ CONGIUNTE DI SANGUE PER LINEA LEGITTIMA E NATURALE PATERNA =. Hæc ſiquidem nullum certum determinantia ſtipitem, qui ad poſtremum Maſculum referatur, intelligi debent ad lineam deſcendentem a patre Teſtatoris relata juxta communiter in Foro recepta (2), ideoque Duciſſæ Montis = Leonis aptari non poſſunt. Ea enim Principi Octavio non jungitur nec vinculo ſanguinis, nec per *lineam* Sylvii Junioris Piccolominei ejuſdem Principis patris, per quam e contra conjungitur Marchio Guadagnius, qui uti nepos Octaviæ Benignæ Piccolominea

(1) *Raudenſ reſponſ.* 2. *num.* 103 *& ſeqq.*, *& reſponſ.* 18. *num.* 19., *&* 160. *lib.* 1., *Soccin. Jun. conſil.* 518. *num.* 28., *Menoch. conſil.* 104. *num.* 54., *Altograd. Sen. conſil.* 92. *num.* 53., *Barbat. de Fideicom. part.* 2. *cap.* 3. *ſub. num.* 81., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 484. *num.* 55. *in fin.*, *Amat. reſolut.* 10. *num.* 3., *Theſaur. deciſ* 69 *num.* 4, *& Rot. Roman. in Ferrarien. Fideicommiſſi de Signa* 23. *Februarii* 1720. §. *Indeque coram Marymon.* „ ibi „ Indeque neutiquam opitulari poterat Juliæ prærogativa lineæ, quæ operatur, ut bona ſemel ingreſſa in unam lineam, in ea durare debeant quouſque illa „ fuerit totaliter evacuata, provideque cum bona reperiantur in linea „ Joſephi, in qua adeſt Julia capax ſuccedendi, non ſint ab eadem „ linea avellenda. Ubi namque, prout hic, NULLA ADEST FOEMINA „ DESCENDENS AB ULTIMO MASCULO, quamvis in ejuſdem Maſculi LINEA „ CONTENTIVA reperiatur ALIQUA FOEMINA TRANSVERSALIS, ceſſat ratio „ de conſervandis bonis ſemel ingreſſis in lineam ultimi Maſculi, & „ ea non obſtante FIT REGRESSUS AD PERSONAM TESTATORIS, A QUA METIENDA EST PROXIMITAS FOEMINARUM SUCCEDERE DEBENTIUM &c.

(2) Perbelle *Menoch. conſil.* 982. *num.* 7. *in fin.*, *Ruin. conſil.* 153. *num* 10. *lib.* 2., *& conſil.* 15. *num.* 18. *& ſeqq. lib.* 3., *Gabriel. conſil* 132. *num* 6. *lib.* 1., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 345 *num.* 27. *Barbat. de Fideicom. part.* 2. *cap* 4 *num.* 20., *& Rot. Roman. c. r. Benincaſ. deciſ.* 285. *num.* 12. *verſ. Et in omnem &c.*

Digitized by Google

mineæ a Sylvio Juniore deſcendit, & cui per conſequens eſt per Fœminam junctus, bene tamen convenit appellatio proximioris *per lineam paternam* Fœmineum medium non averſantem. (1)

XXVII. Excluſa Duciſsa Montis=Leonis, reliquum eſt, ut de non abſimili Comitis Joſephi Alberti Desfourſii excluſione dicamus. Arduum non aggredimur opus, ſed admodum facile & expeditum. Si de actione Comitis Desfourſii judicandum eſſet ex gradu, quo ipſe materialiter diſtat a Principe Octavio, nos utique non negaremus, parem ei ſortem eſſe cum Marchione Guadagnio, cum par utriuſque ſit diſponenti proximitas. Quemadmodum vero non perſonalis, nec phyſicus gradus, ſed qualitas derivationis, & lineæ proximitas in ſucceſſionibus Fideicommiſſariis, præſertim ordine Primogeniali deferendis, ſpectanda eſt, ita indubium putamus, Comitem Desfourſium nullius eſſe poſſe impedimenti, quominus unus ſolus Marchio Guadagnius in poſſeſſionem Piccolomineæ hæreditatis, & ſpeciatim Nackodtii, mittatur.

XXVIII.

(1) Pluries hanc opinionem amplexa eſt *Rota Romana*, contraria rationum pondere & majori *Doctorum* calculo exploſa, prout habetur *in deciſ.* 251. *num.* 2. *& ſeqq.*, *& in Confirmator. deciſ.* 285. *num.* 5. *cor. Benincaſa*, *in Bononien. Juriſpatronatus* 15. *Maii* 1741. § 12. *cor. Canilliac.*, & in ſpecie vocationis HÆREDUM ET SUCCESSORUM EX LINEA PATERNA *in Cracovien. Præpoſituræ* 7. *Junii* 1765. *cor. Cornelio fere per totum*, *& in Confirmatoria diei* 17. *Februarii* 1766. *præſertim* §§. 2. *&* 7. *cor. eodem* „ ibi „ Verba ſiquidem „ EX LINEA PATERNA „ hæredibus omnibus ÆQUE AGNATIS AC COGNATIS „ congruunt, omneſque ſine diſcrimine includunt, QUI SUAM directe „ trahunt A PATERNA DESIGNATA LINEA DESCENDENTIAM &c. At vero ſi „ forte ulli ex *Doctoribus*, vel in objecto relatis, vel in poſterum adducendis, qui tamen pauci eſſe poſſunt, ſtatuerent ſub nomine hæredum ac ſucceſſorum EX LINEA PATERNA, NONNISI AGNATOS comprehendi, ii plane omnes, utpote CONTRA COMMUNEM CONSTANTERQUE IN FORO RECEPTAM OPINIONEM militantes, poſthaberi omnino merentur, „ prout eos fere omnes ſuperius allegatos, alias nominatim poſthabuit, „ atque reprobavit *Sacra Rota*. „

Digitized by Google

XXVIII. Porro Marchionem Nicolaum genuit Marchio Octavius Guadagnius Octaviæ Benignæ Piccolomineæ filius. Comitem autem Joſephum Desfourſium peperit remotior Fœmina, ſcilicet Laudomilla Piccolominea ejuſdem Octaviæ Benignæ ex fratre Laurentio neptis. Eæ Fœminæ diſparis gradus hodie non ſunt. Quærimus, ſi adhuc eſſent, utra illarum ſuccederet, an ambæ una ſimul admitterentur? Teſtamentum pro una tantum Fœmina, & pro Octavia Benigna, Laudomilla rejecta, manifeſte reſpondet. Illud enim in primis, & ſingulari voce exprimit Fœminam = *Paſſi alla Femmina* = ut omnes noſcant, quod Teſtator ab ſimultaneo plurium Fœminarum concurſu abhorruerit, quodque propenderit in Octaviam Benignam unicam Fœminam tunc viventem, & ſibi notam, & nulli aliæ Fœminæ proximitate ſecundam. Nam ſingularis, & primitus explicata Fœminæ pronunciatio, non congruit niſi *uni* tantum *Fœminæ* proximiori, cæteris aliis ſemper excluſis (1). Minime refragante adjectione pluritatis, ſcilicet = *O Femmine più proſſime ec.* =, tum quia eam ſubjecta Primogenialis materia in *ſingularitatem* convertit (ut ſupra jam ponderavimus) tum quia fortaſſe extendere ad ſummum poſſet habitum ſuccedendi per vulgarem ad alias quoque Fœminas non diſpari proximitatis gradu pollentes, tum quia

(1) *Leg. Cum Pater §. A te peto ff. de Legat.* 2., *de Valent. de ult. volunt. tom.* 2. *vot.* 12. *num.* 67., *Rot. Roman. in Camerinen. Primogenituræ* 8. *Maii* 1753. §. 4, *&* §. 7. *cor. Amadeo* „ ibi „ Indubium autem revocari nequit, quin Teſtator AD UNAM tantum Fœminam EX ILLIS PLURIBUS tempore deferendæ ſucceſſionis exiſtentibus, „ ac eiſdem qualitatis præditis, vocationem coarctaverit; Id enim perſpicuum reddit liber, ac integer, quo late patet, contextus Teſtamentariæ diſpoſitionis, in cujus parte diſpoſitiva non plures, ſed UNA „ tantum Fœmina deſignatur per ea verba „ SUCCEDA QUELLA FEMMINA „, quæ tamquam NUMERI SINGULARIS ſignificationem importantia „ certo certius non poſſunt ex eorum PROPRIETATE DE PLURIBUS prædicari „ *in Confirmatoria diei* 4. *Julii ejuſdem Anni* §. 1. *cor. eodem*, „ *&* *in alia diei* 12. *Maii* 1755. §. 7. *cor. Figueroa*, *&* *in Civitatis Caſtelli Primogenituræ* 4. *Junii* 1756. §. 3. *&* *ſeqq. cor. Buſſio*.

Digitized by Google

quia Fœminæ cum Fœmina non copulantur, ſed quidem adeo dijunguntur per interpoſitam alternativam = O = ut pluralis Fœminarum etiam in gradu æqualium ſucceſſio ad impoſſibile redigatur, reluctante natura alternativæ, quæ uno ex alternatis admiſſo, alterum procul dubio repellit. (1)

XXIX. Cum ita hæc ſint, nullo favente jure, Comes Desfourſius vadimonium ſiſtit. Si enim Octavia Benigna, quam nulla alia antecedit Fœmina, Laudomillam Desfourſii matrem, uti gradu inferiorem excluderet, quænam ratio afferri poteſt, cur non Marchio Guadagnius Octaviæ nepos ipſum Desfourſium excludat? Vulgatiſſimum eſt, ac per omnium ora volitans elementum, quod docet, arborem infici radice infecta, & ramos areſcere ſtipite abſciſſo, unoque verbo, ut figuras mittamus, generante excluſo generatum excludi (2). Sed hæc Desfourſio libenter donentur. Fœmina ſeu Fœminis proximioribus in nimis ſeram ætatem vocatis, non Fœminam tantum forte ſuperſtitem, ſed & totam lineam Fœmininam vocatam eſſe, ex ante deductis jam liquet. Hujuſmodi autem lineæ Fœmininæ vocatio non indiſtincte in qualibet Fœmina, vel magis vel minus proxima radicatur, cum immo qualitas majoris proximitatis ita præponderet, ut linea Fœminæ magis proximæ cenſeatur vocata. Ergo Marchio Guadagnius, qui ſuum

(1) Uno ore *juxta Text. in L. Cum Pater §. penult. ff. de Legat. 2., & Leg. Hæredes mei §. fin. ff. ad Trebellian.* firmant *Alciat. Reſponſor. lib. 9. conſil. 83. num. 3., Guid. Pancirol. conſil. 59. num. 10. Peregrin. de Fideicommiſs. artic. 18. ſub num. 24., Rot. Roman. cor. Millin. deciſ. 373. numer. 19., & in Recen. deciſ. 383. numer. 13. part. 15.*

(2) *Leg. Si viva matre Cod. de Bon. Matern., ibique Salicet. num 4., Caſtrenſ. in L. Illam num. 8. Cod. de Collat., Jaſon. in Leg. 1. num. 9. Cod. de ſucceſſ. Edict., Tiraquell. de Primogenit. quæſt. 12. num. 16., Card. de Luc. de ſucceſſ. diſcurſ. 14. num. 7. aliiſque relatis, Rot. Roman. cor. Falconer. de Statut. excluſ. Fœminar. deciſ. 6. num. 15. deciſ. 7. num. 11., deciſ. 8. num. 10., & ſeq., & deciſ. 9. num. 9.*

Digitized by Google

ſuum in ſtipitem Octaviam Benignam magis proximam agnoſcit, propulſat Desfourſium licet æque propinquum. Is enim, ut natus a Fœmina, ſeu ſtipite remotiori, curari non debet, quaſi non eſſet, cum idem in jure ſit, aliquem non extare, ac requiſitis qualitatibus indigere. (1)

E XXX.

(1) *Peregrin. de Fideicommiſſ. artic.* 20. *num.* 11. *Rox. de Incompatibilit. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 72. „ ibi „ Decimo tandem ac fortius „ argumentatur, nam etiamſi filii ſint ſequentes in gradu, & proximiores reſpectu patris, nil refert SI NON SINT IN LINEA, PER QUAM „ AD SUCCESSIONEM DEVENIRE VALEANT, quia proximitas gradus metienda eſt a conſtitutis in linea quaſi NON SIT IN GRADU, QUI NON SIT „ IN LINEA „ *Rot. Roman. coram Anſald. deciſ.* 728. *num.* 7. *§. Iſto ſenſu* „ ibi „ Iſto ſenſu, ſeu ut diximus principio retento, facile „ corruebant omnia, quæ ut ſupra in oppoſitum obiiciebantur, ſiquidem „ conſtito ex mox recenſitis verbis, liquere de liquida mediata vocatione filiarum Juliæ, nil operabatur regula de bonis ingreſſis in unam „ lineam; recognoſcendum quippe erat ad QUEM PUNTUM Teſtans voluerit illam coarctare, atque conſiderare. Quoties enim, prout hic, „ illam reſtrinxit ad Maſculos PER LINEAM MASCULINAM DESCENDENTES „ EX MASCULO JULIÆ, quodque defectis eiſdem Maſculis tranſeundum „ foret ad lineam Fœmininam, operæ pretium erat inquirere, DE QUO „ INITIO EJUSDEM LINEÆ FOEMININÆ noviter aſſumendæ diſpoſuerit & „ cogitaverit, cumque innegabiliter ordinaverit eſſe debere CAPUT ISTIUS „ LINEÆ FILIAS JULIÆ, non debemus curare DE FILIABUS ULTIMI MA„ SCULI „ *& cor. S. Mem. Clemente XIII. deciſ.* 166. *num.* 28. „ ibi „ „ Ubi enim, prout in caſu, res eſt de Fideicommiſſo ordinato favore certi generis perſonarum a certo QUALIFICATO STIPITE deſcen„ dentium, QUALITAS a Fideicommittente requiſita ſemper præponde„ rat, adeout qui non deſcendit A GENERE DESIGNATO, & non habet „ QUALITATEM REQUISITAM, fruſtra nititur in PROXIMITATE GRAVATI, & „ in quacumque lineæ prærogativa. „

In Balneoregien. Fideicommiſſi 5. *Februarii* 1714. *§. Quoniam cor. Scotto, & in Firmana Immiſſionis* 5. *Februarii* 1751. *cor. de Vais*, in qua deciſione etſi judicatum fuerit *pro ſimultanea, & coæquali ſucceſſione* deſcendentium a duabus *Fœminis*, quia Fœminæ linearum *ſtipites eodem proximitatis* nexu, ac gradus *paritate* pollebant, attamen apertis verbis firmatur quod concurrentibus pluribus Maſculis ex Fœminis DISPARIS GRADUS, illi concedenda foret prælatio, qui a

pro-

Digitized by Google

XXX. Prætereantur tamen hæc omnia. Dummodo immota maneat lineæ Fœmininæ vocatio, & major Octaviæ Benignæ proximitas, nec deleatur qualitas Primogenialis, qua Piccolominea induitur ſucceſsio, nihil equidem pro Marchione Guadagnio timendum eſt. Profecto in ſucceſſione Primogeniali non duobus, ſed alterutri danda, non de viventium dumtaxat, ſed de mortuorum etiam jure habetur ratio. Statim ac quiſque naſcitur de genere vocatorum, ſibi jus quoddam in habitu quærit ad ſucceſsionem futuram, quod nullo rerum diſcrimine, & ne funere quidem auferri poteſt. Mortui jus non moritur, ſed vivit, aut reviviſcit in deſcendentibus, in quos tranſmittitur ſuccedendi ſpes certa, incommutabilis, & a lege animata, quæ in actu ſucceſſionis potiſſimum dominatur, quæ gignit lineæ prærogativam, & præcellit gradum, ſexum, ætatem. Hoc quippe jure, hac ſpe, hoc lineæ privilegio Marchio Guadagnius ſubnixus, uti prognatus Octavia Benigna Piccolominea, qua nulla umquam fuit alia mulier Principi Octavio proximior, Piccolomineæ ſubſtantiæ ſolidum ſibi tutiſsime vindicat, Comite Ioſepho Desfourſio remotioris Fœminæ filio inaniter oppugnante. Fruſtra enim in ſucceſsione Primogeniali jactatur gradus, ut potior vincatur linea, quæ a ſtipite magis proximo incœpit, quæque ipſum per

proximiori Fœmina ſuam traheret originem, prout patet ex §. 8. *ejuſdem deciſionis* „ ibi „ Hinc eſt quod directa per Teſtatorem vocatione in Maſculos Fœminarum de ſua familia & deſcendentia, ſola gradus prærogativa obſtare poteſt admiſſioni aliorum Maſculorum pollentium qualitate deſcendentiæ a Fœminis de familia & deſcendentia Teſtatoris, quod eſt id, quod Teſtator voluit adjungendo verba „ *con queſto però, che ſempre abbino ad eſſere preferiti gli Maſchi della Femmina più proſſima con gli ſteſſi vincoli* „ cum hujuſmodi PRÆLATIO OPERATIVA IN CONCURSU PLURIUM MASCULORUM EX FOEMINIS DISPARIS GRADUS, inefficax remaneat a toto genere data gradus paritate, ex qua reſultat defectus illius qualitatis deſcendentiæ a Fœmina proximiori, cui qualitati reperitur unice alligata prælatio. „

Digitized by Google

per conſequens gradum vincit, prout ſciunt omnes vel leviter in Juriſprudentia verſati. (1)

(1) Plane ad rem *Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 7. §. 22., & §. 26.* „ ibi „ Frequens autem eſt alia quædam ſucceſſio non hæreditaria, ſed quæ linearis dicitur, in qua obſervari ſolet non jus illud
„ ſubitionis in locum, quæ repræſentatio dicitur, ſed jus tranſmittendi
„ di futuram ſucceſſionem quaſi delatam lege, ſcilicet ex ſpe, jus
„ quoddam verum excitante, quale ſcilicet jus eſt in his, quæ ex ſti-
„ pulatione conditionata debentur, ita ut hoc ipſum jus in poſteros ex
„ primo venientes neceſſario tranſeat, ſed ordine certo, ut primum
„ vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus, tam qui vivunt, quam
„ qui mortui ſunt, tum vero inter vivos & mortuos ratio habeatur
„ ſexus primum, deinde ætatis; mortuorum autem jus ſi prævaleat
„ tranſeat ad eos, qui ab ipſis deſcendunt, pari rurſum inter pares
„ prærogativa ſexus, ac deinceps ætatis, ſalvaque ſemper tranſmiſſione
„ mortuorum in vivos, vivorum in mortuos. Si liberi ejus deſint, ve-
„ nitur ad alios, qui proximi ſunt, aut ſi viverent, eſſent ſimili tranſ-
„ miſſione, & inter pares in eadem linea, obſervato diſcrimine ſexus
„ ac ætatis, ita ut ob ſexum & ætatem numquam tranſeatur de linea
„ ad lineam, quam tamen tranſmiſſionem neceſſariam, non voluntariam
„ vocant. Ad parentes quod attinet &c. Quia in lineali ſucceſſione, li-
„ beris, ſimul atque exiſtere cœperunt, jus proprium quæſitum eſt ex
„ Lege „ *de Valent. de ultim. volunt. tom. 2. vot. 12. num. 79. & ſeqq, Palm. alleg. poſth. de Fideicommiſſ.* 104. *ſub num. 8. verſ.* „
„ Et quæ fuit ſola ex Fœminis, & ſtatim ac nata fuit occupavit locum
„ tertium, hoc eſt poſt Carolum Emanuelium & Aloyſium fratres
„ ſuos, & ſibi ac deſcendentibus ſuis jus iſtud primogenituræ ſuis lo-
„ co & tempore purificandæ acquiſivit „ *& ſub num. 14. verſ. Quia licet* „ ibi „ Quia licet præfata D. Margharita non efformaverit
„ *lineam actualem & effectivam*, ex quo in Primogenitura non
„ ſucceſſit, ſed per fratres excluſa fuit, attamen quia eſt in Fœmina-
„ rum ordine Primogenita a D. Marchione Ambroſio Antonio deſcen-
„ dens, conſtituit TAM LINEAM HABITUALEM Primogenitorum de-
„ ſcendentium a Fœmina, & illico jus HABITUALE PRIMOGENITURÆ AC-
„ QUISIVIT TAM pro ſe ipſa, quam pro TOTA EJUS LINEA ET DESCEN-
„ DENTIA cum quadam CERTA SPE, ET INCOMMUTABILI JURE SUCCEDEN-
„ DI EJUS LOCO ET TEMPORE interim tantum ſuſpenſo, durantibus Ma-
„ ſculis, ſed TRANSITURO ETIAM IPSA PRÆMORIENTE AD EJUS PRIMOGENI-

Digitized by Google

XXXI. Nihilque intereſt, quod tempore apertæ ſucceſsionis Octavia Benigna non ſupervivat. Nam prætermiſso, etiam ma-

---

„ TUM, CUM PRÆROGATIVA, ut donec aliquis ex ejus linea habituali „ ſuperſit, non poſſit ad alias fieri tranſitus „ *& alter Palm. deciſ.* 411. *num.* 56. *& ſeqq.*, *& Rot. Roman. cor. Merlin. deciſ.* 145. *num* 7. *verſ.* „ Cum ſimus in materia PRIMOGENITURÆ, in qua tranſmittitur „ JUS ILLUD PROXIMITATIS ET PRIMOGENITURÆ etiam quod quis obie- „ rit ante eventum conditionis „ *& poſt Torr. de Primogenit. part.* 3. *deciſ.* 30. *num.* 6.

Et melius in caſu vocationis directæ AD PROXIMIOREM SEU PROXIMIORES „ *tenuit eadem Rot. Roman. in repetita Bononien. Fideicommiſſi de Barbieriis* 27. *Aprilis* 1708. §. *Conſtabilita cor. Caſſarello* „ ibi „ „ Nam quidquid antiquitus dictum fuerit, COMMUNIOR HODIE EST OPI- „ NIO, quod in regulari PRIMOGENITURA juris, ab ipſo momento na- „ tivitatis Primogenitus actualiter includat ſeipſum in linea prædilecta, „ & HABITUALITER OMNES AB EO DESCENDENTES, SIVE SINT FILII, SIVE „ NEPOTES, SIVE PRONEPOTES &c. in quos omnes tranſmittat SPEM CER- „ TAM ſuccedendi ad excluſionem collateralium &c. Quæ utique locum „ habent etiamſi ſubſtitutio loquatur, prout in hypotheſi, de *proxi-* „ *mioribus Teſtatoris*, quia quando agitur de *Primogenitura* perpetua „ lineari non attenditur propinquitas gradus niſi reſpective ad lineam „ qualificatam &c. „ *& in Confirmatoria Anni* 1709 §. *Quare* „ ibi „ „ Licet tranſmittere nequiverit in filium actualis lineæ prærogativam, „ nihilominus ab ipſo nativitatis momento efformavit LINEAM HABITUA- „ LEM Primogeniti, ſtatimque adeptus eſt jura Primogenituræ tranſmiſ- „ ſibilia ad quoſcumque deſcendentes CUM CERTA QUADAM AC INVARIA- „ BILI SPE ſuis loco & tempore ſuccedendi, quæ licet ſuſpenſa rema- „ neret quouſque viverent ſubſtituti expreſſe vocati, TRANSITURA ta- „ men erat etiam IPSO PRÆMORIENTE AD ILLIUS PRIMOGENITUM &c. „ *& in alia Confirmatoria Anni* 1710. §. *Non attento* „ ibi „ Quo- „ niam de hoc ratio habetur in ſimplicibus Fideicommiſſis, vel in ma- „ joratibus facti, in quibus tali caſu non datur tranſmiſſio, ſed diverſa „ juris cenſura frequentiori *Doctorum* calculo locum ſibi uſurpat in re- „ gularibus *Primogenituris*, in quibus Primogenitus ab ipſo momento „ ſuæ nativitatis efformat ſuam lineam Primogenitam, in qua actu ſe- „ ipſum includit, HABITU AUTEM OMNES AB EO DESCENDENTES, IN QUOS „ TRANSMITTIT SPEM CERTAM ET RADICATAM SUCCEDENDI perpetuo operati- „ vam ad excluſionem cæterorum de linea ſecundogeniti, quantumvis his „ Pri-

Digitized by Google

matrem Desfourſii jam pariter deceſsiſse , valida occurrit animadverſio , quod ſatis ſuperque ſufficiat , eam ſemel in humanis fuiſse , quia jus in *potentia* ad ſucceſsionem Primogenialem nondum delatam ſola aſcendentium nativitas parit, nec gradu ſuperiori, ſive ſtipite præcadente, caduca ſit, quæ ſubſequitur, ſubſtitutio. Quin immo, qui veniunt in gradu inferiori , ſubintroeunt ſedem & locum gradus corrupti , & qui erant noviſsimi, primi fiunt, ſuamque faciunt hæreditatem auxilio & virtute ſubſtitutionis vulgaris impropriæ, ſive *vulgaris anomala*, quæ in proximiorum vocatione verbis communibus & directis concepta, ſicuti eſt noſtra ſic dicens = *L' eredità paſſi alla Femmina o Femmine più proſſime, e più propinque ec.* = in breviloqua ſeu *compendioſa* ſubſtitutione comprehenditur, & bene operatur etiam in caſu , in quo ſuperior ſubſtituti linea hæreditatem per aditionis actum numquam agnoverit. *Compendioſa* enim ſubſtitutio hujuſmodi quoque caſum complectitur, cum geminam complectatur vulgarem , nimirum directam ſeu propriam reſpectu primi inſtituti hæreditatem non adeuntis , & vulgarem impropriam ſive *anomalam* reſpectu aliorum ſucceſſive venientium , qui hæredes eſſe non potuerunt. (1)

XXXII.

„ Primogenitus caput & principium lineæ prædeceſſerit, & ideo Primo-
„ genituram numquam agnoverit vel poſſederit &c. Et hoc locum ſi-
„ bi adſciſcit, etiam ſi Teſtator vocaverit SIBI PROXIMIOREM , dum
„ etiam talis vocatio implicitum habet ordinem regularis Primogenitu-
„ ræ , & ideo non dicitur conſiderata proximitas in ordine ad ſangui-
„ nem vel gradum materialiter , ſed civiliter reſpectu lineæ potioris,
„ itaut proximior Teſtatori ille dicatur, qui deſcendit a Primogenito,
„ utpote de linea meliori, etiamſi exiſtat in gradu remotiori. „

(1) Eſt notiſſima Theorica *Bartol. in Leg. Quamdiu num.* 10. *ff. de acquirend. hæredit.* , quam omnes ſequuntur , & cæteris omiſſis , præcipueque *Rot. Roman.* cum fuſe *allegatis cor. Seraphin. deciſ.* 145. *per tot.*, *&* *ſignanter num.* 2. *&* *ſeqq.* „ ibi „ Sufficit quod pa-
„ ter Primogeniti eſſet proximior tempore Teſtamenti, ut intret ſub-
„ ſta-

Digitized by Google

XXXII. Et valde non minus in facto, quam in jure erraret qui retenta Primogenitura, hic forſitan diceret, incertam vagamque eſse Fœminæ vel Fœminarum ſubſtitutionem, ideoque impeditam cujuslibet juris acquiſitionem ope vulgaris anomalæ, ſive vocationis in habitu, antequam per obitum ultimi Maſculi certa fieret Fœmina ſucceſsura. In facto, quia Octavia Benigna certa erat uſque a condito Teſtamento, cum jam viventium numero accenſeretur, & quia inſuper tractu temporis certior evaſit, cum diem umquam

quam

„ ſtitutio Primogeniti ex eo nati; adeſt enim hoc caſu ſubſtitutio „ *compendioſa*, quæ continet vulgarem, itaut patre non exiſtente ſuccedat in ejus locum Primogenitus per vulgarem. Nec obſtat quod „ in contrarium deducebatur, quod hic non poſſit dari aliqua ſubſtitutio vulgaris, quia ea expirat per hæreditatis aditionem, quia hoc „ procedit reſpectu primi gradus inſtitutorum & ſubſtitutorum, ſed „ non reſpectu graduum ſequentium, nam quot ſunt gradus, tot ſunt „ in compendioſa ſubſtitutione vulgares, quarum unaquæque expirat „ per aditionem primi hæredis. Nec eſt abſurdum, quod in ſingulis „ gradibus ſubſtitutionum adſit quædam vulgaris, quæ quodammodo habito reſpectu ad primum inſtitutionis gradum, poteſt dici obliqua, cum „ etiam in legatis poſſit fieri talis ſubſtitutio „ *in Peruſina Immiſſionis* 11. *Martii* 1771. §. 12. *cor. Ricci*, *&* *in Confirmatoria diei* 16. *Martii* 1772. §. 14 *cor. eodem* „ ibi „ Et ſubſtitutio proximiorum „ concepta fuerit verbis directis & communibus „ *tutta ed intiera la* „ *ſuddetta mia eredità, vada, ritorni, e ritornar debba a quello, o* „ *quelli, che ſaranno proſſimiori* „. Nulli dubium inductam hinc dici „ ſubſtitutionem *compendioſam*, quæ omnes caſus, omneſque ſubſtitutiones complectitur, atque etiam VULGAREM ANOMALAM, cujus effectus „ eſt, UT SUBSTITUTUS ſubintret in LOCUM ET GRADUM CADUCATUM &c. „ *&* *in Romana hæreditatis de Ximenes* 30. *Aprilis* 1779. §. 15. *cor. Ratta* „ ibi „ Nihil ergo curandum erat utrum tempore obitus ultimi agnati ſuperſtes fuerit Fœmina proximior, ſed ſatis erat, ut ſuperſtes fuerit & ſit ejuſdem Fœminæ FILIUS MASCULUS Primogenitus, cujuſmodi eſt Petrus Paulus Marinucci, cui tamquam per COMPENDIOSAM, & conſequenter etiam PER VULGAREM matri ſuæ ſubſtituto, hac non exiſtente, tempore obitus ultimi agnati ſucceſſio nullo jure denegari poterat „ *&* *in Confirmatoria diei* 19. *Junii* 1780. „ §. 4. *&* 5. *cor. eodem*.

Digitized by Google

quam viderit nulla alia Fœmina magis propinqua. In jure autem, quia ſpecialis ſubſtituti non certitudo ſuſpendit quidem ſucceſſionis effectum, ſed ſpem non tollit ſubſidio legis munitam, quæ noſtris in bonis eſt, ſuaſque exerit vires ob contingentem ſubſtitutionis eventum. Tunc enim amplius non ignoratur proximioris perſona ad ſucceſſionem vocata, tunc *habitus* & *potentia* in actum convertitur & cum præterito præſens conjungitur, & demum ſpes cum effectu completur (1). In jure, ulterius, quia incommu-

(1) In ſimilibus *Pax. de tenut. cap.* 68. *num.* 51., *Comerat. tom.* 2. *reſponſ.* 2. *num.* 53., *Rot. Roman. cor. Anſald. deciſ.* 806. *num.* 5. *tom.* 5. *in Camerinen. Primogenituræ* 7. *Maii* 1753. §. 6. *cor. Amadeo*, & *in Romana Hæreditatis de Ximenes* 30. *Aprilis* 1779. §. 9. *cor. Ratta* „ ibi „ Levius erat objectum deſumptum ex *incertitudi-* „ *ne* perſonæ *Fœminæ proximioris* ſubſtitutæ; etenim, etſi tempore Te- „ ſtamenti *incerta* foret fœmina iſta *proximior*, ea tamen certa effecta „ eſt tempore obitus ultimi agnati, atque extinctionis lineæ maſculi- „ næ, in cujus defectum Fœmina proximior ſuccedere debuiſſet. Quem- „ admodum ergo, ſi modo ſuperſtes eſſet hæc Fœmina proximior, „ ipſa proculdubio ſuccederet, ita ea non exiſtente, neque adeunte „ hæreditatem, ſucceſſio denegari nequit ejus FILIO PRIMOGENITO PER „ TACITAM VULGAREM IN COMPENDIOSA CONTENTAM eidem Fœminæ ſub- „ ſtituto „ & *in Confirmatoria diei* 19. *Junii* 1780. §. 8. *cor. eodem* „ „ Nec magis profuit oſtendere incertum fuiſſe perſonam Fœminæ pro- „ ximioris poſt extinctam lineam Maſculinam Petri Pauli de Ximenes „ ſubſtitutæ, & ideo verificari non potuiſſe illius ſubſtitutionem niſi „ tempore, quo dicta linea Maſculina defecit. Quamvis enim tempore „ Teſtamenti incerta eſſet Fœmina proximior, certa tamen evaſit tem- „ pore obitus ultimi agnati, atque extinctionis lineæ Maſculinæ in cujus „ defectum ſuccedere debuiſſet. Hoc autem tempore nec ſuperſtes erat „ Hieronyma, quæ fuiſſet proximior, nec Antonia, quæ ultimo agna- „ to Maſculo ſimiliter prædeceſſit; verum tempore apertæ ſucceſſionis „ SUPERERANT ET SUPERSUNT FILII MASCULI ANTONIÆ ALTERIUS FOEMI- „ NÆ PROXIMIORIS, non autem filii Maſculi Hieronymæ, quæ nulla re- „ licta ſobole prædeceſſit. Quemadmodum ergo ſuccedere debuiſſet Hie- „ ronyma tamquam FOEMINA PROXIMIOR, vel ejus Primogenitus Maſcu- „ lus ſi extitiſſet, ita eorum loco ſuccedere debuit Antonia alia proxi- „ mior Fœmina, vel NON EXISTENTE, ILLIUS PRIMOGENITUS MASCULUS. „

Digitized by Google

mutabili majoris proximitatis prærogativa ab Octavia Benigna acquiſita, cum nulla vixerit Fœmina nec æque, nec magis Teſtatori propinqua, ea dici debet tanta cum certitudine a contingentibus demonſtrata, ut idem ſit, ac ſi propria & ſpecifica appellatione in Teſtamento legeretur expreſsa. Paria enim in jure putantur, ad acquirendam vocationem in habitu, & ſpem futuræ hæreditatis in poſteros tranſmittendam, quod perſona, a qua ſpes habituſque profluit, certa ſit per expreſsam nominationem, quodque ex immutabili ſuperventa qualitate ad certitudinem redigatur (1).

XXXIII. Cauſam pro Marchione Guadagnio uſque adhuc oravimus, rimatis tabulis Teſtamentariis Piccolomineis, & ſedulo regulis juriſprudentiæ perſpectis. Conticeſcere hic poſſet oratio noſtra. Verum, quod jura addantur juribus, opportunum ducimus. Nos quidquid oſtendere conati ſumus id

(1) Ita obſervant *poſt Textum in Leg. Nominatim* 34. *ff. de condit.*, *& demonſtrat.*, *Valenquel. conſil.* 97. *num.* 78. *&* 32. *tom.* 1. *de Prat. de Interp. ultim. volunt. lib.* 3. *interp.* 3., *dubit.* 4. *ſolut.* 3. *fol.* 338. *ſub num.* 18. *& ſeq.*, *Reinoſ. obſervat.* 33. *num.* 2. *verſ. In hoc autem*, *Raudenſ. de Analog. cap.* 27. *num.* 52., *& ſeq.*, *de Valent. de ultim. volunt. vot.* 36. *num.* 6., *Palm. allegat.* 48. *num.* 51., *& allegat.* 370. *num.* 34. *& ſeq.*, *Rot. Januen. apud Tiratium de Fideicommiſſ. in Januen. Primogenitura de Auria quæſt* 2. *num.* 42. „ ibi „ In propoſito autem dubitari nequit de demonſtratione & certi-
„ ficatione perſonæ ante purificationem ſubſtitutionis ex voluntate Fi-
„ deicommittentis per implementum ordinatæ maritationis in familia
„ volitum etiam a parte ante, *quella però che di eſſe Femmine foſſe*
„ *maritata in caſa Doria*, quæ DEMONSTRATIO per hujuſmodi implemen-
„ tum operatur *expreſſam & ſpecificam nominationem*, ac ſi NOMINE
„ PROPRIO uſque a principio per Teſtatorem DESIGNATA FUISSET, paria
„ enim ſunt, quod perſona SIT CERTA, & quod poſſit CERTIFICARI „ *& Rot. Roman. in Recent. deciſ.* 16. *part.* 1. *num.* 3., *in Romana Immiſſionis* 30. *Junii* 1741. §. 5. *cor. Buſſio*, *& in Confirmatoria* 27. *Martii* 1748. §. 3. *& ſeq. cor. eodem*, *& in Camerinen. Primogenitura* 8. *Maii* 1753. §. *Abſque eo cor. Amadeo*, *& in Civitatis Caſtelli Primogenitura* 4. *Junii* 1756. §. 5. *&* 6. *cor. Buſſio*.

Digitized by Google

id totum Cæſaris auctoritate & declaratione definitum jam eſt. Vidimus hæreditatem Principis Octavii, poſt lineas Maſculinas Piccolomineas, jure Fideicommiſſi, & titulo Primogeniali ſpectare ad totam lineam Octaviæ Benignæ aviæ Marchionis Nicolai Guadagni. Hæc ante omnes & vidit *Leopoldus I.* Romanorum Imperator, qui *motu proprio, certa ſcientia, animo deliberato, & de plenitudine poteſtatis*, non ſolum ratum habuit in Laurentio Piccolomineo Principatus honorem & dignitatem, ad quam Ducem Octavium evexerat Imperator *Ferdinandus III.* ejus Pater, ſed & gratiis & favoribus auctis, eidem Laurentio facultatem indulſit adoptandi & nominandi ſororem ſuam Octaviam Benignam Guadagniam, ut, ſua Maſculina ſtirpe interempta, univerſa Piccolomineæ Primogenituræ & Principatus jura ANTE ALIOS in eam, & ſucceſſive in ejus deſcendentes Maſculos Primogenitos coaleſcerent. Qua porro utens facultate Laurentius Octaviam Benignam Marchioniſſam Guadagniam reapſe adoptavit, & nominavit in aula & conſpectu Cæſaris, ipſomet Cæſare approbante, laudante, atque jubente, quod, Maſculis Laurentii ceſſantibus Fœmina adoptata & nominata, nec non Primogeniti Maſculi ab ea naſcituri, & deſcendentes PRÆ OMNIBUS ad Principatum & ſucceſſionem admitterentur.

XXXIV. Ipſa audiantur Cæſaris verba contenta in Diplomate die 16. Maii 1689. ſignato = *Juſtis de cauſis Nobis notis, auctoritate noſtra Cæſarea, ac plenitudine Poteſtatis Imperialis concedimus, & addimus eidem Principi Laurentio facultatem nominandi & adoptandi* ANTE ALIOS, *ſicuti coram Nobis nominavit & adoptavit, caſu quo ipſe ſine filiis Maſculis moriatur, aut aliter poſtea Maſculina ſtirps ejuſdem Principis Laurentii extinguatur*, SOROREM SUAM MARCHIONISSAM GUADAGNI, AC FILIOS ET DESCENDENTES MASCULOS MAJORES NATU EX EA IN INFINITUM; *Quod nulla ſubrectione, aut obreptione ſeducti, ſed propria noſtra clementia moti, animo deliberato, certa ſcientia, maturoque noſtrorum, ac Sacri Romani Imperii Fidelium adhibito conſilio, volumus atque ſtricte mandamus &c. &c. Ideoque præcipimus, ut*

Digitized by Google

ANTE ALIOS PRÆDICTÆ MARCHIONISSÆ, ET DESCENDENTIBUS EJUS IN INFINITUM, *ſi Princeps Laurentius abſque filiis Maſculis moriatur*, *aut quoque ſi poſt mortem ejus linea ſua Maſculina deficeret*, CADANT OMNIA, ET SINGULA PRINCIPATUS JURA, CUM OMNIBUS ET SINGULIS ANNEXIS, STATIBUS, HONORIBUS, PRÆEMINENTIIS, RATIONIBUS &c. *tamquam natis Sacri Romani Imperii Principibus*, *non obſtantibus quibuſcumque &c.*

XXXV. Si Cæſar ita dixit, ita declaravit, ita voluit, nemo quidam unus (niſi Cæſar ſit alter) tam audax, tamque Summi Imperantis auctoritatis neſcius reperietur, qui diverſum temere dicat, declaret, & velit. Ab ore Principis jura civium dependent; & quod Princeps ſtatuit, pronunciat, edicit, ſanctione, voce, reſcripto, id ſibi legis robur adſciſcit, & ſubditorum officii eſt ei parere, obſequi, obtemperare. Et quamvis non deſint, qui ita detrahant Principis poteſtati, ut ſine publicæ utilitatis cauſa ei negent fas eſſe jura civibus, aut Legis aut hominis diſpoſitione quæſita, vel tollere vel derogare, a nemine tamen in ullam dubitationem adducitur, quin Summo Imperanti eatenus liceat de bonis & juribus ab ultimis elogiis tertio obvenientibus decernere, quatenus apertiſſima Teſtatorum voluntas non opponatur. Hoc enim in caſu non derogatoria auctoritate, ſed quadam interpretandi facultate vere utitur Princeps; quæ ſi in Juriſprudentibus, in Judicibus, in Magiſtratibus certe reſidet, tanto certius reſideat oportet in Principe, quanto ſublimior & eminentior in eo præfulget dignitas & poteſtas, quæ primigenia eſt omnium juriſdictionum cauſa, fons, & origo (1). Qua ſane

(1) *Torr. de Primogenit. part.* 1. *cap.* 32. §. 4. *num.* 55. *cum concordant.*, & §. 8. *num.* 93. & *ſeq.*, *Bonfin. tom.* 1. *de Fideicom. diſput.* 93. *num.* 2. & 3., & *diſput.* 137. *num.* 22. *tom.* 2. „ ibi „ Supremo namque Principi vetitum non eſt, verba Teſtamentorum ambigua, vel quæ duplicem ſenſum, unum injuſtum, aut exorbitantem, alterum vero æquiorem & rationi conſonum recipere poſſunt, ad „ SANIOREM, MAGISQUE VERISIMILEM ET RATIONABILEM INTELLECTUM RE-

„ DIGERE

Digitized by Google

ne facultate uſus videtur Leopoldus I. in memorato Diplomate, cum nihil in illo dixerit, nihil voluerit, quod reſpectu lineæ Fœmininæ, de qua tractamus, a veriſimili, a rationali, a præſumpta, & per nos demonſtrata diſponentis lege & voluntate, vel parum abſcedat.

XXXVI. Nec refert, Cæſarem jus vocationis a Principe Octavio datum Maſculis lineæ Comitis Celani indubitanter læſiſse, quia his prætulit Octaviam Guadagniam, ejuſque lineam a Teſtatore poſtpoſitam. Hujus generis Maſculi interierunt; de læſo igitur eorum jure vana eſt querimonia. At ſi illi etiamnum degerent, nec ipſi quidem utiliter quererentur. Prælatio a Cæſare Octaviæ Benignæ ejuſque poſteritati tributa, ſupremi juris limites non exceſſit, neque de minimo argui poteſt. Per eam Leopoldus I. non abſtulit bona, nec jura a Maſculis Piccolomineis lineæ Celani perfecte quæſita. Spem tantum, & jus nondum delatum ad ſucceſſionem diſtulit, eis Octavia Benigna, ejuſque deſcendentia in ordine ſuccedendi antelata. Ergo id factum eſt, quod fieri valuit. Valet enim Princeps privatis ex cauſis ſibi notis jus futuræ ſucceſſionis ad Feuda

 vel

„ DIGERE SUPPLENDO, ET CORRIGENDO VERBA „ *& rurſus num.* 25. *in prima, & in ſecunda num.* 78. *&* 79. „ ibi „ Maxime cum ex pre-
„ cibus, & toto contentu informationis, quæ gratiam præceſſerunt,
„ clariſſime conſtet Sereniſſimum Magnum Ducem principaliter motum
„ fuiſſe ad annuendum ſupplicationi ob præſumptam & veriſimilem
„ Teſtatoris voluntatem, ideoque præceptum de eligendo D. Senatorem Alamannum tribuendum venit non quidem Principi, qui
„ DECLARANDO MENTEM DEFUNCTI NON ALIUD DISPOSUISSE VIDETUR, niſi
„ quod INERAT TESTAMENTO, ſed potius ipſimet Teſtatori „ *De Luc. de Teſtamen. diſcurſ.* 83. *num.* 8., *&* 13. „ ibi „ Quoniam revera non
„ eſt derogare, minuſve commutare, ſed potius INTERPRETARI, vel
„ ſupplere FACIENDO ID, QUOD VERISIMILITER IDEM TESTATOR, ſi viveret & videret, vel interrogaretur FACTURUS ESSET „ *& rurſus num.* 16., *& Rot. Noſtra Florentina* in ejus reſponſo approbato ab *Imperatore Franciſco I.* glorioſæ recordationis, quod typis datum eſt *in Theſauro Ombroſ. tom.* 7. *deciſ.* 44. *num.* 31. *& ſeqq.*, *& Rot. Roman. in Faventina Onerum Cameralium, & Communitativorum* 11. *Februarii* 1754. §. 10. *cor. Figueroa.*

Digitized by Google

vel Fideicommiſſa in alia tempora prorogare, quia hoc pacto quod differt, non aufert, & ei per remotionem obſtaculi ſucceſſionem largitur, cui jus ſucceſſorium aut prius, aut poſterius competere poterat, & qui in præſens, remoto impedimento, ſucceſſionis capax efficitur. (1)

XXXVII.

---

(1) *Ex Text. in Leg. Quæris ff. de Natal. reſtituend. & in Leg. Final. Cod. Si contra Jus, vel utilitatem publicam, & Leg. Quoties Cod. de precib. Imperat. offerend.* appoſite ſentiunt *Albert. Brun. conſil.* 1. *a num.* 56. *uſque ad num.* 60., *Roland. a Vall. conſil.* 3. *num.* 120., *Surd. conſil.* 308. *num.* 38. *tom.* 3., *Klock conſil.* 22. *num.* 9., *& ſeqq. tom.* 2. „ ibi „ Principem poſſe habilitare Fœminas ipſius vaſ-
„ ſalli ad ſucceſſionem feudi in præjudicium agnatorum, qui erant vo-
„ cati ex tenore antiquæ inveſtituræ &c. Idque vel ea de cauſa, maxi-
„ me verum, quod hic cum Principis facto jus primævum Fœminam
„ ad ſucceſſionem admittens concurrit, unde *Gozzadin. &c.* reſpondit,
„ quod Princeps poſſit ſine cauſa facere Fœminam capacem ſucceſſio-
„ nis feudi, etiamſi agatur de alterius præjudicio, quia dumtaxat eam
„ reddit priſtinæ naturæ, *Brun. &c.*, ubi addit, quod eo caſu Prin-
„ ceps non auferat alicui directe jus competens, ſed potius procedat
„ removendo obſtaculum ab ea, cui tale jus poteſt competere faciendo
„ ex incapaci capacem. Et Principem poſſe in præjudicium juris alte-
„ ri quæſiti concedere privilegium, ſi per illud revertatur ad jus com-
„ mune antiquum, & ſic ad ſuam naturam, ſcripſit quoque *Grammat.*
„ *&c.* Fœminamque ad feudum poſſe habilitari in præjudicium alterius
„ vaſſalli, cui maxime adhuc quæſitum non eſt jus reale, voluit *Bur-*
„ *ſat. &c.* Et hanc habilitationem, quamvis tendat in præjudicium agna-
„ torum & aliorum, favorabilem, cum Fœmina priſtinæ naturæ redda-
„ tur, exiſtimat *Jo. Cephal. &c.*

Forſter. ad ſucceſs. ab inteſt. lib. 6. *cap.* 36. *num.* 11. *&* 12. „ ibi „
„ Secundo reſponderi poteſt ad aliam objectionem, quod Principi non
„ liceat vaſſallo auferre utile dominium quæſitum propter inveſtituram.
„ Nam intelligitur, quando eſt quæſitum de præſenti, ſecus ſi pendeat
„ ex futuro. Facilius enim tollitur jus quærendum, quam quæſitum
„ *Leg. Dec. &c.* ubi etiam dat aliam ſolutionem dicens, quod tollere
„ ſpem ſuccedendi agnatis, eſt modica læſio, ex quo eorum jus eſt
„ incertum, nec de præſenti, juribus per eum ibi allegatis. Princeps
„ enim legitimando non tollit totaliter agnatis ſpem ſuccedendi, ſed
„ potius differt & prorogat. Quod quidem de plano per Principem
„ poteſt fieri, ut traditur per interpretes *in Leg. &c.* ubi tradit quan-

do

XXXVII. Quod cum fieri potuiſſet abſque injuria lineæ Maſculinæ Comitis Celani expreſſe ante Fœminas ſubſtitutæ, multo equidem validiori jure fieri potuit reſpectu lineæ Fœmininæ. Si hujus lineæ ſubſtitutio manifeſte juvat, ut nos credimus & demonſtravimus, Octaviæ Benignæ ejuſque deſcendentibus, nemini certe injuriam infert Cæſareum Diploma, quia confirmat, quia roborat, quod Princeps Octavius in Teſtamento ſcripſit, prout dictum eſt. Sin autem ex Teſtamento dubitatur, quænam Fœmina poſt Maſculos vocata fuerit (quod tantum contra Marchionem Guadagnium dici poſſet) profecto in verbo Cæſaris ſive interpretantis, ſive derogantis acquieſcendum eſt. In rebus enim dubiis a veneranda Principis declaratione recedi non poteſt, nec debet (prout pariter diximus) nec derogatio juris alterius vacillat, ſed inconcuſſa permanet, ſi jus, quod derogat Princeps, incertum ſit & remotum, atque ab eventu futuro dependens, quia hujuſmodi derogatio jus certe & perfecte quæſitum minime tollit. (1)

XXXVIII. Verum hiſce quid amplius detinemur? Nos Principem non alloquimur, ut conſulamus, quid nunc agere expediat. Marchio Guadagnius poſtulat ab Judicibus, ut eis non diſpliceat, quod ſemel Cæſari placuit, quodque

„ do Princeps directe non aufert alicui jus competens, ſed procedit re-
„ movendo obſtaculum, & faciendo capacem de incapaci, quod valet
„ ejus depoſitio etiam ſine cauſa „ cum aliis in citato *Reſponſo Rot. Florentin.* a Cæſare approbato, *ut in Theſaur. Ombroſ. tom.* 7. *deciſ.* 44. *num.* 26., *& Rot. Roman. in Romana ſeu Viterbien. Dotis & Lucri ſuper Exequatur contra Bona Fideicommiſſaria* 11. *Januarii* 1760. §. 6. *cor. Canilliac.*

(1) *Bonſin. de Fideicommiſſ. diſputat.* 132. *tom.* 2. *num.* 12. *verſ.* „
„ Iſtæ derogationes facilius concedi ſolent, ubi jus ſubſtitutorum eſt in-
„ certum, remotum, & in ſpe futuri eventus, quam ſi ipſis jam fue-
„ rit jus delatum, & agatur de illorum intereſſe præſentaneo, & cer-
„ to „ *de Luc. de Fideicommiſ. diſcurſ.* 266. *num.* 8. *in fin.*, *& diſcurſ.* 283. *num.* 7., *& ſeqq.*, *& in citato Rot. Noſtra Reſponſ. in Theſaur. Ombroſ. dicta deciſ.* 44. *num.* 3. *tom.* 7.

Digitized by Google

peregit *certa ſcientia*, *motu proprio*, *plenitudine Poteſtatis*, *nulla obreptione*, *vel ſubreptione ſeductus*, *& maturo Fidelium Sacri Romani Imperii Conſilio adhibito*. Anne Judices dicent Principi, cur nam, & quonam jure ita feciſti? Anne factum Principis potius reprehendent, quam exequentur? Quidquid egit Princeps, & maxime, ut in caſu, re ſolemniter cognita, atque perpenſa, nec non abſoluta adhibita poteſtate, id rite recteque actum præſumi debet, & temerarium eſt, immo Imperantis Majeſtati injurioſum, vel quid minimum contra moliri, & de actus juſtitia & potentia inquirere & dubitare. (1)

XXXIX. Et fruſtra ad declinandum Diploma Leopoldi confugeretur ad defectum Cæſareæ voluntatis, quaſi illud dumtaxat ad Principatus jura & dignitatem reſtringeretur. Proſtat aliud Diploma alterius Cæſaris, videlicet Ferdinandi III. die 8. Octobris 1650. conceſſum, in quo Dux Octavius Piccolomineus in cœtum Principum Sacri Romani Imperii non modo cooptatur, ſed ei forte morituro abſque liberis Maſculis etiam datur arbitrium adoptandi & inſtituendi *bonorum hæredem*, quem ipſe mallet ex Familia Piccolominea, *ſimulque hæredem* vocandi ad decus & titulum Principatus *una cum annexis*, *ſtatibus*, *honoribus*, *juribus*, *& praeminentiis*. Ferdinandi verba ſunt hæc = *Gli abbiamo comunicato la grazia ſingolare*, *e conceſſa la facoltà ed il libero arbitrio*, *che ſe per ſorte eſſo Ottavio Principe Piccolomini non aveſſe qualchè legittimo erede Maſchio*, *e così moriße ſenza tali ſucceſſori*, *abbia facoltà e libero arbitrio di adottare uno della famiglia e caſa de' Conti Piccolomini a ſuo piacere*, E D'ISTITUIRLO PER SUO LEGITTIMO EREDE E SUCCESSORE, E DI RISEGNARE E LASCIARE A QUELLO

(1) *Ziegler. de Jur. Majeſtat. cap.* 4. *de Poteſtat. Princip. num.* 18., *Grot. poſt Tract. de Jur. Bell., & Pac. de Indulgent. cap.* 2. *ſub num.* 15. „ ibi „ Non tamen poſſunt Judices (vetante loqui ſummam in „ republica poteſtatem habente) jus illud, ſuper quo diſpenſatum eſt, „ exequi; cum vis omnis coactiva a ſumma poteſtate pendeat, neque „ contra ejus voluntatem debeat exerceri „ *& Rot. Florentin. dicto Reſponſ. in Theſaur. Ombroſ. deciſ.* 44. *num.* 15. *tom.* 7.

Digitized by Google

LO TUTTI I SOPRADDETTI DA NOI COMUNICATIGLI IMPERIALI PRINCIPALI TITOLI CON LI STATI, ANNESSI, ONORI, DIGNITA', PREEMINENZE, GIUS, ET IUS &c. =

XXXX. Honorifica itaque Principatus jura Duci Octavio largita, ſegreganda non ſunt, juxta animum concedentis ab univerſitate bonorum, nec ab hæredis inſtitutione, atque is renuntiandus eſt Princeps, qui pro tempore hæres erit Octavii. Reque vera Æneas Sylvius, uti hæres ex aſſe a Principe Octavio inſtitutus, & ſinguli ejus Primogeniti, aliique Maſculi ſucceſſores in poſterum ſubſtituti, ab eodem Ferdinando III. Sacri Romani Imperii Principes declarantur in poſteriori Diplomate diei 17. Julii 1656., quo Teſtamentum Octavii, Imperialis auctoritatis robore confirmatur. Ergo cum Leopoldus I. in memorato Diplomate Anni 1689. prioribus litteris Auguſti Patris ſancitis pleneque approbatis, Principi Laurentio copiam fecerit adoptandi & nominandi ANTE ALIOS *ſororem Marchioniſſam Guadagniam, ac filios & deſcendentes Maſculos majores natu ex ea in infinitum* cumque præceperit, UT ANTE ALIOS *prædictæ Marchioniſſæ & deſcendentibus ejus in infinitum* CADANT OMNIA ET SINGULA PRINCIPATUS JURA, CUM OMNIBUS ET SINGULIS ANNEXIS, STATIBUS, HONORIBUS, PRÆEMINENTIIS, RATIONIBUS, tum mehercule etiam de bonis & Primogenitura Octavii cogitavit atque decrevit.

XXXXI. Ei namque alia mens eſse nequit, qui plaudit Teſtamento Octavii, & morem gerit placitis Ferdinandi ad Principatum bona Octavii annectentis, qui hæc illi reapſe annexa conſiderat in citato Diplomate ſic dicente = *Ac porro vigore diſpoſitionis a prædicto Octavio Principe Piccolomineo facta, & Anno* 1656. *die* 17. *menſis Julii auctoritate Cæſarea confirmata ejuſdem adoptato Filio Franciſci nepotis primogenito Ænea Sylvio Comiti Piccolomineo de Aragonia* UNA CUM MAJORATUS ET PRIMOGENITURÆ JURIBUS, EADEM PRINCIPATUS DIGNITAS COLLATA FUERIT =, qui Octaviæ Benignæ, ejuſque deſcendentibus tribuit = *omnia & ſingula Principatus jura*, CUM OMNIBUS, ET SINGULIS ANNEXIS

Digitized by Google

XIS, STATIBUS, HONORIBUS, PRÆEMINENTIIS, RATIONIBUS &c., demum neſcire non poterat, nobiliſſimum Sacri Romani Imperii Principatus honorem, non datis divitiis, indecore turpiterque ſordeſcere.

XXXXII. Hæc de viſceribus Cauſæ. Nunc ad ea, quæ extrinſecus deducuntur, ferme inviti vocamur. Ægro intelleximus animo, Marchionem Guadagnium mordicus incuſari de negligentia petendæ hæreditatis Principis Octavii de Piccolominis intra fatalem ſex menſium terminum a Pragmaticis Sanctionibus Regni Bohemiæ præfinitum. Suprema Tribunalia, ne dicamus Pedanea, hujuſmodi quiſquiliis ſuccenſent, pudetque quam maxime cordatos homines, & præſertim Juriſprudentes, talis furfuris tricis in Judicio colludere; nec permittit juſtitia, quæ eſt *conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi*, id cras a nobis ſurripi poſse, quod hodie noſtrum eſt, ulloque facto noſtro in alium translatum non eſt. At Regni Bohemiæ Pragmaticæ quid nam ſibi volunt? Ex his porro ſemeſtris ſit terminus ad hæreditatem petendam. Die 6. Julii 1783. Joſeph Barile de Piccolominis ultimus Nackodtii & Piccolominææ Primogenituræ poſſeſsor e vita diſceſſit, prout in facto probatum eſt. Marchio Nicolaus Guadagnius, ut nobis aſſeritur, anno 1784. ineunte, & ſignanter die 4. Januarii, & ſic ſex menſibus ab ſibi delata hæreditate nondum elapſis, ſupplex adivit Cæſarem, latiſque precibus Fideicommiſſarium ſe dixit hæredem Octavii Piccolominei, ſibique oravit tradi Nackodtii inveſtituram & poſſeſſionem. Nequicquam igitur, & male imputatur Marchio Guadagnius, quod ſero nimis hæreditatem agnovit, cum eam tempore habili coram Cæſare agnoverit & poſtulaverit, niſi abſurdiſsime arbitremur, ea coram Summo Imperante non recte fieri, quæ coram Judice, vel coram gregario etiam tabellione recte fieri potuiſſent.

XXXXIII. Plus dicimus. Die 20. Junii 1784. Marchio Guadagnius in Tribunali Pragenſi comparuit, ibique formalem libellum exhibuit, ſextoque proinde menſe non adhuc exacto, poſt privatam & non judicialem notitiam obitus ultimi

timi

timi poſſeſsoris acceptam. De eo enim certior non prius factus eſt, quam menſe Januario ineunte. Ita jurejurando affirmat ipſe Marchio Guadagnius, ita affirmant teſtes rei bene conſcii, & fide digniſſimi. Si quis vero contrarium dixerit, contrarium probet oportet, quia facti ignorantiam potiſſimum in abſente a loco, ubi factum contigit, jura omnia præſumunt, donec ab eo, qui ſcientiam aſſerit, ad evidentiam ſcientia probetur (1), præſertim dum agitur de maximo præjudicio, de lucri amiſſione, de pœna inferenda (2). Non itaque demonſtrato, quod Marchio Guadagnius ante Januarium anni 1784. pro certo ſciverit, in civitate Neapolis obiiſſe Principem Joſephum Barile de Piccolominis, ſibique Principis Octavii Primogenituram eſſe quæſitam, nihil profecto Bohemiæ Statuta præſcribunt, quod Marchio Guadagnius legitime non impleverit. Nam intra ſex menſes ab habita apertæ ſucceſſionis notitia jus ſuum in Judicium ſolemni forma deduxit. Cujuſcumque enim generis tempus præſtitutum a Lege Communi, ſive Municipali ad adeundam hæreditatem, vel aliud quidquid agendum, indubitate ſcientibus, & non ignorantibus currit. (3)

XXXXIV.

---

(1) *Cap. cum in jure de Offic. delegat, Leg. In Bello Captæ ff. de Capt., Leg. Prima Cod. de Probation., Bartol. in Leg. Omnes in princip. Cod. de Agricol. & Cenſ. lib. 11., Dec. conſil. 437. num. 2., & ſeq., Rot. Roman. in Rec. deciſ. 103. num. 22. & ſeqq. part. 5. tom. 1., & alibi paſſim.*

(2) *Gloſs. in cap. Concertationi in verbo* SCIVERIT *de Appellat. in 6., Alexander conſil. 114. num. 4. lib. 1., Natt. conſil. 636. num. 192., Tiraquell. de Legib. Connubial. Gloſs. 8. num. 183., Rot. Roman. in Recen. deciſ. 75. num. 23., & ſeqq. part. 11., & deciſ. 486. num. 7., & ſeq. part. 18.*

(3) Opportune *Text. in Leg. Quamdiu, & Leg. Quicumque Cod. Qui admitt. ad Bonor. poſs. poſ., in Leg. Scimus verſ. Sin autem dubius Cod. de Jur. deliber., Gloſs. in Authen. ſi eum Teſtator verſ. ſtatutum Cod. ad Leg. Falcid., in cap. 1., & ibi Gloſs. verbo per annum, ſi num.*

Digitized by Google

XXXXIV. Quid quod demum Marchio Guadagnius jure adeundæ hæreditatis Piccolomineæ privari juſte non debet, nec poteſt, etiamſi terminos datos a Bohemiæ Pragmaticis præteriverit? Numne Marchio Guadagnius in Regno Bohemiæ ortus eſt, aut in illo verſatus? Numne exteris legibus, quas ipſe ſcire nequibat, & quæ nec Florentiæ, nec alibi generaliter vigent, adſtringebatur? Numne Prætor Pragenſis Curatorem elegit, qui abſentes certiores faceret, aut edictum in foro propoſuit, quod eos redderet contumaces? Numne tanti valent peculiaria Bohemiæ Statuta, ut contra naturalem rationem, contra juſtitiam & æqui-

---

de Feud. controv. fuer. int. Dom., *& Agnat.*, *& Gloſs. in cap.* 1. *verbo ultra Annum quo temp. mil. Inveſt. pet. deb.*, *Jaſon in Leg.* 2. *num.* 23. *Cod. de Jur. Emphyt.*, *Tiraquell. de Retract. lignag.* § 35. *Gloſſ.* 4. *num.* 12., *Gabriel. concluſ. de Emphyt. num.* 21., *Gratian. Diſceptat. For. cap.* 758. *num.* 8., *& ſeq.*, *Antonell. de Tempor. Legal. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 8. „ ibi „ Liberi habent ANNUM ad petendam bonorum poſſeſſionem, cognati vero centum dies &c., quo tempore elapſo amplius non audiuntur; hoc tamen tempus eſt utile non ſolum a principio, ſed etiam in medio & fine, & NON CURRIT NISI A DIE SCIENTIÆ MORTIS DEFUNCTI „ *Idem eod. tract. lib.* 4. *cap.* 30. *ſub num.* 2. *verſ. Mihi placet*, *Coſta Centur.* 1. *tract. aut ſciebat, aut ignorabat diſtinct.* 38. *num.* 1. „ ibi „ Quod vaſſallus, ideſt Feudatarius privetur feudo ob non petitam inveſtituram INTRA ANNUM, ET DIEM poſt obitum domini, vel poſt mortem patris, tradit *Franch. &c.* Intelligendum eſt, SI FUIT SCIENS MORTIS, & ſit major, alias ob ignorantiam præſumptam quoque, ſeu ob minoritatem excuſatur &c., quando quidem prædictum tempus ſit utile, proinde NON AFFICIT, NISI A DIE SCIENTIÆ „. *Begnudell. Bibliothec. Jur. verb. Emphyteuſis* §. 5. *num.* 104., *& ſeqq.*, *Rot. Roman. in Recen. deciſ.* 495. *num.* 61. *part.* 4. *tom.* 2. „ ibi „ TERMINUS enim currere incipit in omni materia A DIE SCIENTIÆ „ *cor. Celſo deciſ.* 192. *num.* 10. *cor. Molin. deciſ.* 501. *num.* 5. „ ibi „ De nulla *negligentia in petenda inveſtitura*, & in laudemio ſolvendo redargui poſſunt Olivierii, quoniam non probatur, quod ipſi tunc temporis habuerint SCIENTIAM terminationis inveſtituræ, unde ANNUS de jure conceſſus ad petendam renovationem NON INCOEPIT, NISI A DIE SCIENTIÆ „, *& in Montis-Alti Beneficii* 6. *Decembris* 1756. §. *fin. cor. Paracciano inter impreſs. Ann.* 1758.

Digitized by Google

quitatem, contra omnium gentium jura, ultra etiam territoriales ſtatuentium fines, a non incolis, a non civibus, a non ſubditis, ab abſentibus, ab ignorantibus, & ſub alieno longe diſsito imperio viventibus ſervandæ ſint? Si hæc non fuerunt, nec ſunt, nec eſſe unquam poſſunt, profecto enormiſſimæ Marchionis Guadagni jacturæ eſt ſubveniendum propitio Reſtitutionis in Integrum beneficio, quo etiam poſt lapſum fatalium hæreditatem ſibi omni jure debitam libere queat agnoſcere, cui certo obverſari non poſſunt Bohemiæ Sanctiones, & quo non ſecus minoribus ac majoribus, vel abſentibus, vel juſte ignorantibus, aliiſque excuſationem merentibus Prætoris æquitas in jure ſcripta ſuccurrit, ne quis maximum abſque ulla legali & culpabili indiligentia detrimentum patiatur (1).

Et ita pro Veritate & Juſtitia reſpondendum eſſe cenſuimus.

BARTHOLOMÆUS RAFFAELLI *Reſponſi Scriptor* *UBALDUS MAGGI* *PETRUS BERTI*	*Locumtenentis & Conſiliariorum* *REGIÆ CELSITUDINIS* *in Magiſtratu Supremo* *Florentiæ Auditores.*

(L. ✠ S.)

---

(1) *Leg. Prima in princip.*, *& Leg. final. ff. ex quibus cauſ. major. 25. Annis in integr. reſtituant.*, *Oddus de Reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 8. *artic.* 9. *num.* 45. *verſ. Contrarium breviter tenent ff.*, *& artic.* 12. *num.* 96. „ ibi „ Ad duodecimum, AN SCILICET FORENSIS „ RESTITUATUR PROPTER IGNORANTIAM JURIS MUNICIPALIS ALICUJUS LOCI, „ a quo quidem jure læſus fuerit. Fac concluſionem, QUOD SIC, PROUT „ OMNES COMMUNITER TENENT, ita regulariter tenendum eſt. Et ratio „ clara eſt, quia ignorantia, quæ etiam prudentiſſimos fallit, non du- „ bium eſt, QUOD EST JUSTA CAUSA RESTITUTIONIS; Sed talis eſt hæc „ ignorantia, *ut cap.* 1. ubi expreſſum *de conſtit. lib.* 6.; ergo idem „ quod in ea „ *Coſta ubi ſupra dict. diſtinct.* 38. *num.* 5., *idem de Re-* „ *mediis ſubſidiar. Remed.* 48. *num.* 2. *& ſeq.* „ ibi „ ſecunda inſpectio pertinet ad irregularem *reſtitutionem in integrum ex Clauſula* „ *generali*, *ſi qua mihi juſta cauſa* competentem etiam *majoribus &c.* „ veluti IN FORENSE PROBABILITER IGNORANTE STATUTUM LOCI contractus,

„ cui

Digitized by Google

NOs Marchio Bajulivus Sigiſmundus Lotteringhi della Stufa Patricius Florentinus, Regii Conſilii ſupplicum libellorum Gratiæ & Juſtitiæ a Secretis, nec non Generalis Archivii publici Florentini Præſes. Fidem facimus & publice teſtamur, retroſcriptos Illuſtriſſimos Dominos Bartholomæum Raffaelli, Ubaldum Maggi, & Petrum Berti fuiſſe & eſſe quales ſe faciunt Locumtenentis & Conſiliariorum Regiæ Celſitudinis in Magiſtratu Supremo Florentiæ Auditores, legales, & fide dignos, eorumque ſubſcriptionibus tam publicis quam privatis, in judicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & ad præſens adhiberi fidem ab omnibus. In quorum teſtimonium has noſtras Litteras fieri, ſolitoque ejuſdem Generalis Archivii Sigillo muniri juſſimus; In quorum &c.

Datum Florentiæ hac die vigeſima ſecunda Menſis Martii 1786.

Archangelus Cappucci Cancellarius.

(L. ✠ S.)

Atteſtor præſentibus Dominum Archangelum Cappucci talem eſſe, qualem ſe ſubſcripſit; Datum Florentiæ vigeſima ſecunda Martii 1786.

Antonius Joſephus Weigl
Reſidens Imperialis.

„ cui idcirco ſuccurritur HOC IPSO REMEDIO „ *Zanch. de Læſion. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 198., *& ſeqq.*, *& num.* 257., *& ſeqq.*, *Bonfin. de Jur. Fideicommiſ. diſput.* 134. *num.* 29., *& ſeqq.*, *Addon. ad de Comit. deciſ. Flor.* 14. *num.* 2., *& ſeqq. de Fideicommiſ.*, *Conſtantin. vot. deciſ.* 204. *num.* 32. *& ſeqq.*, *Caputaquen. deciſ.* 207. *num.* 1., *& ſeq. part.* 3., *& Rot. Roman. in Recen. deciſ.* 3. *num.* 1. *& ſeq. part.* 3., *ibique Paulus Rubeus in annot. num.* 1., *& plur. ſeqq.*, & præcipue *num.* 49. ubi dicitur, reſtitutionem in integrum ex capite juſtæ ignorantiæ concedi majoribus ex indulgentia fere omnium Orbis Tribunalium, & etiam CAMERÆ IMPERIALIS, allegato *Gailio obſervat. Imperial.* 19. *lib.* 2. *num.* 18., *& eadem Rot. in Rec. deciſ.* 164. *num.* 10. *part.* 8., *deciſ.* 493. *num.* 15. *part.* 12., *& deciſ.* 47. *num.* 12. *part.* 13., *& in Romana*, *ſeu Arretina Immiſſionis* 10. *Aprilis* 1758. §. 4. *& ſeq. cor. Buſſio.*

Digitized by Google

Digitized by Google